mali· eo q̄ ꝑſequentes abundent Si aūt ſm xp̄i pre
ceptum non reſiſtit malo etſi mali non leniūtur tñ
boni ꝑmanebunt boni. ¶ Iero· Dominus ergo nr̄ vi
ciſſitudinem tollens truncat inicia peccatorum Tu lege
nāq; culpa emendat · hic peccatorum auferūt exordia
¶ Cho· Vel poteſt dici q̄ dñs hoc dixit iuſtitie vete
ris legis aliquid addens· ¶ Aug⁹· de ſermo· dñi in
monte· phariſeorum enim iuſticia minor eſt non ex
cedere vindicte modum· Et hoc eſt pacis inchoatio
Perfecta autem pax eſt talem penitus nolle vin
dictam· Inter illud ergo primū quod preter legem
eſt vt maius malum ꝓ minori malo reddatur · Et
hoc q̄ dñs ꝑficiendis diſcipulis dicit· ne pro malo
vllum malum reddatur medium locum tenet vt
tantum reddatur quantum acceptum eſt· per quod
a ſūmo diſcordia ad ſūmam concordiam trāſitus fa
ctus eſt· Quiſq̄s eñi malum prior infert maxime a
iuſticia diſtat· Quiſq̄s aūt nulli prior malefacit· ſed
tamen leſus rependit grauius receſſit aliquantum a
ſūma iniquitate· Qui vero tantum reddit quātuȝ
accepit· iam aliquid donat· Juſtum eſt enim eum q̄
leſit prior grauius ledi Hinc ergo inchoatam mi
ſericordie iuſticiā ille ꝑfecit· qui legem venit implē
Duos autem gradus qui interſūt· itelligendos re
liquit· Nam eſt qui non reddat tantū ſ; minus Et
hinc aſcendit qui omnino nil rependerit q̄d pax vi
detur dño niſi ꝛ amplius ſis paratus ſuſcipe· Qua
propter nō ait· non reddere malum pro malo· ſ; nō
reſiſtere aduerſus malum· vt non ſolum non repen
das q̄d tibi fuerat irrogatum ſed etiam non reſiſtas
quin aliud irroget· Hoc eñi eſt q̄d cōſequēter expo
nitur· Sed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxil
lam tuam· prebe ei ꝛ alteram· Q̄d ad miſericordiaȝ
ꝑtinere hij maxime ſenciunt qui eis quos multū di
ligunt· ſeruiūt· vel paruis vel freneticis a quibus
multa ſepe patiunt· etſi eorum ſalus id exigat pre
bent ſe etiam vt plura patiunt· Docet ergo dñs me
dicus aīaꝝ vt diſcipuli ſui eorum quorum ſaluti conſu
lere vellent· imbecillitates equo animo tolerarent.
Omnis nāq; improbitas ex imbecillitate animi venit
quia nihil innocencius eſt eo qui in virtute ꝑfectus
eſt· ¶ Aug· contra mend· Ea vero que ī nouo teſta
mento a ſanctis facta ſunt· valent ad exempla intel
ligēdarum ſcripturarum q̄ ī p̄ceptis digeſta ſunt uelut cū le
gimus ī euāgelio· accepiſti alapā para alterā maxillā· Ex
emplum aūt patientie nullum q̄ȝ ipſius dñi excellen
tius inuenimus· ꝛ ipſe cum alapa percuſſus eſſet non
ait· Ecce alteram maxillam· ſ; ait· Si male dixi ex
probra de malo· ſi autem bene q̄d me cedis· Ubi oſtē
dit illam preparationem alterius maxille in corde faci
endam· ¶ Aug· in ſermo· do· in monte· Paratus· n·
fuit dñs non ſolum in alteram maxillam cedi pro ſa
lute oīm· ſ; ꝛ ī toto corpore crucifigi · Queri aūt pt̄
quid ſit dextera maxilla· Sed cū facies ſit· qua q̄ſq̄
cognoſcitur in faciem cedi ſm Apoſtolum ē cōtemni
ac deſpici· Sed q̄m facies non poteſt dici dextera ꝛ
ſiniſtra· ꝛ tamen nobilitas ē ſm deum ꝛ ſeculum ita
diſtribuit· tanq̄ȝ ī dexterā maxillā ꝛ ſiniſtrā· ut ī q̄cūq̄
diſcipulo xp̄i contemptum fuerit q̄ xp̄ianus eſt ·
multomagis in ſe contemni paratus ſit· ſi quos huius
modi ſeculi honores habet· Omnia aūt ī quibus im
probitatem aliquā patimur· in duo genera diuidūt
quorum vnum eſt q̄d reſtitui non poteſt· alterum q̄d pt̄ ·
Sed in illo quod reſtitui nō poteſt· vindicte ſolacium
queri ſolet· Quid eñi prodeſt q̄ percuſſus repercutit
nūq̄d ꝓpterea id q̄d in corpore leſum eſt reſtituitur?
ſed tumidus animus talia fomenta deſiderat ¶ Criſ·
ſup math· Aliquid aūt ſi repercuſſeris eum· compe
ſcuiſti eum· vt te nō percuteret· ſed magis excitaſti eū
vt adhuc percutiat· Nam iracundia ꝑ iracundiam nō
compeſcitur· ſ; amplius irritat· ¶ Aug· in ſer· do· ī
Unde dñs potius miſericorditer ꝑferendam alterius
infirmitatem iudicat· q̄ȝ alieno ſupplicio ſuam miti
gandam· Neq; tamen hic ea vindicta prohibetur q̄
ad correctionem valet· Ipſa eñi ꝑtinet ad miſericor
diam· nec impedit illud ꝓpoſitum quo quiſq̄ paratus
eſt ab eo quē correctum eſſe vult plura ꝑferre· Re
quiritur tamen vt ꝛ ille vindicet cui rerum ordine
poteſtas data eſt· ꝛ ea voluntate vindicet· qua pr̄ in
filium paruulum quem odiſſe non poteſt· Sancti autē
viri nōnulla peccata morte punierūt quo ꝛ viuenti
bus vtilis metus incuteret· ꝛ illis qui morte punie
bantur· non ipſa mors noceret· ſed peccatum q̄d au
geri poſſet· ſi viuerent· Unde eſt q̄ Helias multos
morte affecit· de quo cum exemplum dediſſent diſci
puli· reprehendit in eis dñs non exemplum prophete ſ;
ignoranciā vindicādi· animaduertens eos nō amore
correctionis ſ; odio deſiderare vindictaȝ· Sed poſtq̄ȝ
eos docuit diligere ꝓximum· infuſo etiā ſpiritu ſancto nō
defuerunt tales vindicte· Nam ꝛ verbis Petri Ana
nias ꝛ vxor eius exanimes ceciderunt Et Paulus
apoſtolus tradidit quendam ſathane in interitū car
nis· ꝛ ideo quidam aduerſus corporales vindictas que
ſunt in veteri teſtamēto neſcio qua cecitate ſeuiunt
quo animo facta ſunt neſcientes· ¶ Aug· ad Peti
lianum comitem· Quis aūt mente ſobrius regibus
dicat· nō ad vos ꝑtineat· q̄s velit eſſe ſiue religioſus
ſiue ſacrilegus· quibus dici non poteſt· Non aūt ad

nos ꝑtineat i regno vr̄o quis velit pudic⁹ eſſe aut
impudicus· Melius ē quidem ad colendū deū hoīes
duci q̄ȝ pena compelli· Multis aūt profuit qđ expi
mento ꝓbamus prius dolore vel timore cogi· vt po
ſtea poſſint doceri aut qđ iā verbis didicerāt· ope
ſectari Sicut em̄ meliores ſunt quos dirigit amor·
ita plures ſūt quos corrigit timor Agnoſcant i apo
ſtolo Paulo prius cogentem xp̄m ⁊ poſtea docen
tem ¶ Aug· in ſer· do· i monte· Tenebit ergo i hoc
iniuriaȝ gn̄e qđ ꝑ vindictā luit iſte modus a xp̄ianis
vt accepta iniuria non ſurgat odiū· ſȝ paratus ſit aīm
mus plura perpeti· nec correctionē negligat· que vel
cōſilio vel autoritate uti pt̄ ¶ Jero· Secundū aūt
miſticos intellect⁹ ꝑcuſſa dextra noſtra nō iubemur
ſiniſtrā ꝓbere· ſȝ alterā· hoc ē alterā dexterā· Juſtus
em̄ ſiniſtrā non habet· Si nos hereticus in diſputa
tione ꝑcuſſerit· ⁊ dextꝝ dogma voluerit vulnerare
opponat̄ ei aliud de ſcripturis teſtimoniū ¶ Aug· in
ſer· do· i monte· Aliud aūt iniuriaꝝ genus ē qđ inte
grum reſtitui poteſt· cuius due ſunt ſpēs· vna ad
pecuniā· altera ad opa ꝑtinet· Unde de primo horuȝ
duoꝝ ſubdit· Et ei qui vult tecū iudicio cōtendere
⁊ tunicā tuā tollere· dimitte ei ⁊ palliū· Sicut g⁹
qđ poſitū ē de ꝑcuſſa maxilla oīa ſignificat que· ſic
i gerunt̄ ab iꝓbis vt reſtitui nō poſſint niſi vin
dicta· ita qđ poſitū ē de veſtimēto oīa ſignificat que
poſſunt reſtitui ſine vindicta· ⁊ hoc etiā ad ꝑpatōȝ
cordis· nō ad oſtēſionē opis ꝓceptū recte itelligitur
Et qđ de tunica ⁊ de veſtimento dictū ē i omnibꝫ fa
ciendū eſt· que aliq̄ iure temporaliter nr̄a eſſe dicimus
Si em̄ de neceſſariis h̄ imperatū ē· quātomagis ſup
flua ɔtemnere ɔuenit· ⁊ hoc ipē ſignat· cum dicit·
Qui vult tecū i iudicio ɔtendere· Oīa ergo intelli
gunt̄ de quibꝫ i iudicio nobiſcū ɔtendi poteſt· Sed
vtꝝ ⁊ de ſeruis accipiendū ſit· magna queſtio ē· non
em̄ xp̄ianū oportet ſic poſſidere ſeruū quō equum·
quāuis fieri poſſit· vt maiori precio valeat equ⁹ q̄ȝ
ſeruus· Sed ſi ſeruus rectius a te regit̄· q̄ȝ ab illo q̄
eum cupit auferre· neſcio vtꝝ quiſq̄ȝ audeat dicere
eum vt veſtimentū debere ɔtemni ¶ Criſ· ſup mat·
Indigna aūt res ē vt homo fidelis ſtet i iudicio aī
conſpectum iudicis īfidelis· Ut ſi fidelis certe ſecula
ris ⁊ qui te venerari debuerat· ꝓpter dignitatem
fidei· iudicat te ꝓpter neceſſitatem cāe ⁊ perdes di
gnitatem xp̄i ꝓpter negociū mūdi· Deinde omne iu
diciū irritatio cordis ē ⁊ cogitationū maloꝝ· Nā ſi
videris q̄ cā tua fraudibꝫ aut pecuniis expugnetur
⁊ ſimiliter tu cāe tue adeſſe feſtinas· ⁊ ſi admittis h̄
conſiliū nō habuiſti ¶ Aug· i Enchiridion Et ideo
ꝓhibuit hic dn̄s ſuos d̄ ſecularibꝫ rebꝫ cum aliis ha
bere iudiciū tam̄ cū apl̄s ſinit i eccleſia talia iudicia
finiri inter fratres fratribꝫ iudicantibꝫ· extra eccle
ſiam vō terribiliter vetat· manifeſtū ē quid ſecūdū
veniā ɔcedat̄ īfirmis ¶ Greg· i moralibꝫ Sed tamen
quidā dū temporalia nobis rapiunt ſolūmodo ſunt tole
randi Quidaȝ vō ſunt ſeruata caritate prohibendi
nō ſola cura ne nr̄a ſubtrahant̄· ſed ne rapientes nō
ſua ſemetipſos ꝑdant· pl⁹ em̄ ipis raptoribꝫ debē⁹
metuere· q̄ȝ rebꝫ irrationabilibꝫ inhiare. Cū autem

ꝓ terrena re pax a corde cum ꝓximo ſcīdit̄· apparet
q̄ plus res q̄ȝ ꝓximus amat̄· ¶ Aug· in ſerm· de
mon· Tertiū vō iniuriaꝝ gen⁹ qđ ad opam ptinet
ex vtroq̄ confectum ē ⁊ cū vindicta ⁊ ſine vindicta
poteſt reſtitui· nā qui angariat hominem ⁊ cogit
improbe adiuuari abiuitꝰ ⁊ penaȝ improbitatis ſol
luere ⁊ opā reddere· ⁊ i hoc ergo genere iniuriaꝝ
dn̄s docet aīm xp̄iani eſſe patientiſſimū· ⁊ ad plura
ꝓferenda paratum· Unde ſubdit· Et quicūq̄ȝ te angari
riauerit mille paſſus· vade cum illo alia duo ⁊ hoc
vtiq̄ monet nō tam vt pedibꝫ agas q̄ȝ vt animo ſis
paratus· ¶ Criſ· i omel· Angariare enim ē iniuſte
trahere ⁊ ſine ratiōe vexare ¶ Aug· de ſerm· do· in
monte· Sic ergo dictū putamus Vade cum illo alia
duo· ſ· milia· vt tria compleri voluerit· quo numero
ſignificat̄ perfectio vt meminerit quiſq̄s hoc facit ꝑ
fectam ſe implere iuſticiā· ꝓpter qđ ⁊ tribus exēplis
hoc ꝓceptum inſinuauit· ⁊ i hoc tertio exemplo ſim
plo duplum addit̄· vt triplū compleat̄· Vel per hoc
accipit̄ q̄ i precipiēdo tanq̄ȝ tolerabilius inpere
paulatim creuerit Nā primo preberi voluit· alteram
maxillā cū fuerit dextera ꝑcuſſa· vt minus ꝑbere
paratus ſis q̄ȝ ꝑtuliſti Deinde illi qui tunicam vult
tollere iubet ⁊ palliū dimitti· vel veſtimentum ſm
aliam lr̄am Qđ aūt tantundem ē aut nō multo amplius
Tertio de mille paſſibꝫ quibus addenda dicit duo mi
lia vſq̄ ad duplū ꝑducit Sed qm̄ pax ē nō nocere
niſi et beneficiū preſtes ɔſequenter adiungit ⁊ dicit·
Qui aūt petit a te· da ei ¶ Criſ· ſuper Math· Quia
diuicie nr̄e non ſunt· ſȝ dei· Deus enim diſpēſatores
diuiciaꝝ ſuaꝝ voluit eſſe nos n̄ dn̄os ¶ Jero· Si
ſi de elemoſinis em̄ dictum intelligamus· in pluribus
pauꝑibus hoc ſtare nō poteſt· ſȝ vt diuites ſi ſemp
dederint· ſemp dare nō poterunt· ¶ Aug· in ſer· do·
Dicit ergo omni petenti da· nō oīa petenti vt id des
qđ dare honeſte potes ⁊ iuſte· Quid em̄ ſi pecuniā
petat· qua innocentem conet̄ opprimere· quid ſi ſtu
prum petat· Dandū ē ergo qđ nec tibi nec alteri no
ceat quātum ab hoīe credi poteſt ⁊ cum negaueris
qđ petit iudicāda ē iuſticia vt nō eū inanē dimittas
⁊ aliquādo meli⁹ aliquid dabis cū petentem iniuſta
correxeris ¶ Aug· ad vincen· Vtilius em̄ eſurienti
panis tollitur ſi de cibo ſecurus iuſticiā negligebat
q̄ȝ eſurienti panis frangit̄· vt vi iuſticie ſeductꝰ ac
quieſcat· ¶ Jero· Poteſt et intelligi de pecunia do
ctrine que nūq̄ȝ deficit ſȝ quāto plus dat̄· tanto ampli⁹
duplicat̄ ¶ Aug· Quod aūt ait Et volenti mutuari
a te ne auertaris· ad aīm referendum ē Hilarē em̄
datorem diligit de⁹· Mutuat̄ aūt omnis qui accipit
etſi ipē non ſoluturus ſit· quia miſericordibus deus
plura reſtituit· aut ſi non placet accipe mutuantem
niſi eū qui accipit redditurus· intelligendū ē dn̄m
ipſa duo genera preſtandi eſſe complexū Nā aut
donamus aut reddituro ɔmendam⁹· Recte ergo ad
hoc beneficiī genus hortando dicit ne auertaris id
ē ne ꝓpterea voluntatem alienes· quaſi deus nō red
diturus ſit· cū hō reddiderit· cum em̄ ex ꝓcepto dei
facis· infructuoſum eſſe nō poteſt· ¶ Criſ· ſup mat·

Ergo iubet nos xp̄s mutuū dare nō tamē sub vsu ris · q̄a q̄ sic dat · non sua dat · sed aliena tollit · de vno vinculo soluit ⁊ multis alligat · ⁊ nō ꝓpter dei iusti ciam dat sed proptē propriū lucrū · Similis ē etiā pecunia vsuraria aspidis morsui · Nā sicut venenū aspidis latenter omnia mēbra corrūpit · sic ⁊ vsura omnes facultates conuertit in debitum · ¶ Aug⁹ · ad Marcellinū · Obiciunt aūt quidā q̄ hec xp̄i doctri na rei publice moribus nulla ex parte conueniat · nam quis inquiūt tolli sibi ab hoste aliquid patiatur · vel Romane prouincie depredatoribus non male velit belli iure rependere · Sunt autem ista precepta paci encie semp̄ in cordis preparatiōne retinenda · ipsaq̄ be niuolencia ne reddat̄ malum pro malo semp̄ in volū tate complenda est · Agenda sunt autem multa ⁊ cū inuitis benigna quadam aspentate plectendis ac p̄ hoc si terrēa Respu · precepta xp̄iana custodiat ⁊ ipsa bella sine beniuolencia non gerentur · vt ad impietatis iusticieq̄ pacatam societatem victis fa cilius consulatur · Nam cui licencia iniquitatis eri pitur vtiliter vincitur quoniā nihil est infelicius fe licitate peccanciū · qua penalis nutrit̄ impunitas ⁊ mala voluntas velut hostis interior roboratur ·

Audistis q̄a dictū est diliges proximum tuum ⁊ odio habebis inimicū tuū. Ego au tē dico vobis diligite inimicos vestros. Bn̄ facite hȳs qui oderūt vos ⁊ orate p̄ p̄sequē tib; et calumniātibus vos vt sitis filȳ p̄ris vr̄i qui est in celis qui solē suū oriri facit sup̄ bonos et malos et plu it super iustos ⁊ in iu stos. Si em̄ diligitis eos qui vos diligunt quā mercedem hēbitis Nōne ⁊ publicani hoc faciūt. Et si salutaue ritis f̄res vr̄os quid amplius facietis. Nōne ethnici hoc faciunt Estote ergo vos p̄fe cti sicut ⁊ p̄r uester ce lestis p̄fectus est.

¶ Glo · Docuit domi nus supra iniuriam in ferenti non esse resiste dum · sed ad plura per ferenda paratum esse Nunc autem vlteri⁹ docet iniuriam inferen tibus impendendū esse caritatis affectum sil ⁊ effectu; Et cum pre missa ad complemētū iusticie legis ptineant conueniēter hoc vlti⁹ ponit ad impletionem caritatis que secundū apostolū ē legis pleni tudo · Dicit ergo au distis quia dictum est diliges proximū tuū · ¶ Aug⁹ · in libro de doct · xp̄iana · Nō aūt nullum hominem ex cepit qui precepit pro ximū diligere dn̄s in parabola semiuiui re licti ostēdit dicēs pro ximū qui erga illū ex titit misericors · vt eu; intelligamus proxi⁹ cui exhibendum esset mie officiu; si indigere; Quod nulli negādum esse quis non videat domino dicente bene facite hȳs qui oderunt vos · ¶ Aug · de sermo · dn̄i in monte · Gradum autem esse in phariseoꝝ iusticia q̄ ad legem veterem pertinet · hinc intelligitur · q̄ mul ti etiam eos a quibus diligunt̄ oderūnt · Ascendit g⁹ aliquē gradum · qui proximū diligit quāuis adhuc oderit inimicum · Unde ad hunc gradum designādū subditur · Et odio habebis inimicū tuū · Que vox n̄ ē accipienda vt iubentis iusto · sed p̄mittentis infirmo ¶ Aug · contra faustum · Quero aūt a manicheis cur ꝓprium velint esse legis moysi q̄d dictum est an tiq̄s oderis inimicū tuū · an ⁊ Paulus non dixit ho mines quosdam deo odibiles · querendum est ergo q̄ modo intelligatur exemplo dei cui dixit Paulus q̄s dam odibiles odio habendos inimicos Et rursus ex emplo dei qui facit solem suū oriri sup̄ bonos ⁊ ma los diligendos inimicos · Hec itaq̄ regula est qua ⁊ oderimus inimicum ꝓpter id q̄d in eo malum est · i · in iquitatem · ⁊ diligamus inimicum ꝓpter id q̄d in eo bonum est · i · rationalem creaturam · Audito igitur ⁊ non intellecto q̄d antiquis dictum erat oderis inimi cum tuū · ferebant̄ homines in homines odium cum non deberent odire nisi vicium · Hoc ergo corrigit dn̄s cum subdit · Ego autē dico vobis diligite inimicos vestros vt qui iam dixerat Non veni soluere legē s; implere Precipiendo vtiq̄ ut diligamus inimicos · cogeret nos intelligere quō possemus vnū eūdemq̄ hominem ⁊ odisse ꝓpter culpam · ⁊ diligere ꝓpter na turam · ¶ Glō · Sed sciendum ē q̄ in toto corpore legis non esse scriptum · odio habebis inimicum tuū sed hoc d̄r quātum ad traditionem scribarum · quib; visum est hoc addendum quia dn̄s precepit filȳs is rahel p̄sequi inimicos suos ⁊ delere Amalech de sub celo · ¶ Cris · sup̄ math · Sicut em̄ q̄d dictum est · nō concupisces non dictum est ad carnem sed ad animā sic ⁊ in hoc loco · caro quidem inimicum suū diligere non potest animā autem p̄t · quia dilectio vel odium carnis in sensu est · aīe vero in intellectu · Quando ergo nocemur ab aliquo · et si sentim⁹ odium · nō tamē ex equi volumus cognosci quia caro nr̄a odit inimicū aīa vero diligit · ¶ Greg · xxi · moral · Inimici autē dilectio tunc veraciter custoditur · cum nō de ꝓfectu dep̄cimur · nec de ruina illius letamur · Nō em̄ amat aliquis quē non vult esse meliorem · Eumq̄ stantē voto p̄sequitur · quem cecidisse gratulat̄ · euenire tamen plerūq̄ solet · vt nō amissa caritate ⁊ inimici nos ruina letificet ⁊ rursum eius glīa sine inuidie culpa contristet · Cum ⁊ ruēte eo quosdā bene erigi credimus ⁊ proficiente illo plerosq̄ iniuste opprimi timeamus · Sed ad hec seruandum est discretionis examen ne cū nostra odia exequimur · fallamur sub specie vtilitatis aliene · Oportet etiam pensare q̄d de bemus ruine peccatoris ⁊ quid iusticie ferientis · Nā cum p̄uersum queq̄ omnipotens percutit ⁊ congau dendum est iusticie iudicis ⁊ condolendum miserie pereuntis · ¶ Glo · Qui aūt sunt contra ecclesiam tribus modis ei aduersant̄ odio verbis cruciatu cor poris · Econtra diligit · Unde dicitur · Diligite inimi cos vestros benefacite · Unde sequit̄ · Benefacite hȳs qui oderunt vos orat · Unde seq̄t̄ Et orate p̄sequē · ⁊ calum · vos · ¶ Jero · Multi precepta dei imbecilli tate sua · non sanctoꝝ viribus estimantes · impossi bilia putant esse que precepta sunt · ⁊ dicunt suffi cere virtutibus · nō odisse inimicos Certū diligere

plus p̄cipi q̄z humanā naṫa patiaṫ Videndū ē ergo
xp̄m nō impoſſibilia p̄cipe· ſꝫ pfecta que fecit Da-
uid in Saul ⁊ Abſolon Stephanus q̄ martir pro
lapidantib' dep̄catus ē· Et Paulus Anathema cu-
pit eſſe p pſecutorib' ſuis Hec aūt ih̄s ⁊ fecit. ⁊
docuit· dicēs Pater ignoſce illis ¶ Aug· i Enchiri-
dion· Sed pfectoꝝ ſunt iſta filioꝝ dei· quo quidem
ſe debet oīs fidelis extendere ⁊ humanū aīm ad hūc
affectū orādo deū· ſecūq̄ luctādo pducere Vn̄ hoc tā
magnū bonū tante multitudīs nō ē quātam credi'
exaudiri cum in orōe dr̄· Dimitte nobis debita nr̄a
ſicut ⁊ nos di· de· no· ¶ Aug· in ſer· do· in mō· Oriē
autē hic queſtio q̄ huic p̄cepto dn̄i quo nos hortaṫ
orare p inimicis mlte alie ſcripture ptes videntur
aduerſe quia in ꝓphetis inueniūṫ multe imp̄catiōes
aduerſus inimicos· vt ē illud Fiant filij eius pupilli
Sed ſciendū q̄ ꝓphete ſolent figura iprecantis fu-
tura predicere Sed illud magis mouet· qd̄ dicit io-
hannes Eſt aūt peccatū ad mortē nō pro illo dico
vt oret quis· aperte enī oſ̄dit eſſe aliquos fratres
pro quib' orare nobis nō p̄cipiṫ· p hoc q̄ p̄mittit·
Si quis ſcit peccare fratrē ſuū ⁊c cū dn̄s etiā pro
perſecutorib' nos iubeat orare· Nec iſta q̄ſtio ſolui
pōt niſi fateamur aliq̄ peccata eſſe in fratrib' que
inimicoꝝ pſecutione ſunt grauiora· Nam ⁊ Ste-
phanus orat p eis a quib' lapidaṫ· q̄a nondum xp̄o
crediderāt Et ap̄ls Paulus nō orat p alexandro
quia frater erat ⁊ p inuidentiā fraternitatē obpug-
nando peccauerat Pro quo aūt nō oras· iā non cō-
tra illum oras· Sed quid agimus de hijs ꝯtra quos
oratam a ſanctis accipimus· nō ut corrigerenṫ· Nā
hoc mō p ipſis potius oratū ē Sed ad illā vltimam
damnationē nō ſicut ꝯtra dn̄i traditorē p ꝓphetam
Nā illa predictio futuroꝝ nō optatio ſupplicij fuit
Sed ſicut i apocalipſi legimus martires orare vt
vindicenṫ Sed hic nō opꝫ moueri· Quis enī au-
deat affirmare vtꝝ ꝯtra ipſos hoīes an cōtra regnū
peccati petierint· Nā ipſa ē iuſticie ⁊ miſericordie
vindicta martirū vt euertaṫ regnū peccati· quo re-
gnante tanta perpeſſi ſunt· Deſtruiṫ aūt partim cor-
rectione hoim· ptim damnatione pſeuerantiū in pec-
cato Nōne tibi videṫ Paulus in ſeip̄o ſtephanum
vindicaſſe cū dicit Caſtigo corpus meū ⁊ i ſeruitutē
redigo ¶ Aug· de· q· no· ⁊ ve· teſtam· vel anime occi-
ſorum clamant vindicari ſe poſtulātes ſicut ſanguis
Abel clamauit de terra· nō voce ſꝫ ratiōe· Nā ⁊ op'
opificem laudare dr̄ p hoc ip̄m q̄ videntem ſe ob-
lectat· nō enī tam impatientes ſunt ſancti ut vrgeāt
fieri qd̄ ſciunt tempe p̄finito futuꝝ· ¶ Criſ· i omel
vide aūt q̄t gradus aſcendit· ⁊ qualiter nos in ipſuꝫ
virtutis verticē ſtatuit Primus gradus ē· non in-
cipe iniuſtiā· Secundus equalem non vindicari·
Tercius nō facere vexanti que q̄s paſſus ē Quar-
tus exponere ſeip̄m ad patiendū mala· Quint' am-
plius ſe tribuere q̄z ille vult qui fecit mala Sextus
nō odio habere eū q̄ hoc opaṫ· Septimus diligere·
Octauus benefacere· Nonus p ip̄o orare· Et q̄a ma-
gnū erat p̄ceptū p clarū premiū ſubdit· ſcꝫ fieri ſiles
deo· vn̄ dicit· Vt ſitis filij pr̄is vr̄i q̄ ē i cel· ¶ Jeo·
ſiq̄s enim p̄cepta dei cuſtodiat· fili' dei efficiṫ· ergo

nō in naṫa filius ē hic· ſcꝫ de q̄ loquiṫ ſꝫ arbitrio ſuo
¶ Aug· de ſer· do· i mōte· Ex illa aūt regula intelli-
gendum eſt qd̄ hic dr̄· qua ⁊ iohs dicit Dedit eis po-
teſtatem filios dei fieri· vnus enī naturaliter filī' ē
nos aūt poteſtate accepta efficimur filij inq̄ntū illa
q̄ ab eo p̄cipiunṫ iplemus· itaq̄ nō ait Facite iſta q̄a
eſtis filij ſꝫ facite iſta· vt ſitis filij Cū aūt ad hoc nos vo-
cat· ad ſimilitudinē ſuā vocat· vnde ſequiṫ· qui ſolē
ſuū facit oriri ſuper bonos ⁊ malos· ⁊ pluit ſup iu-
ſtos ⁊ iniuſtos· Poteſt aūt p ſolem intelligi nō iſte
viſibilis· ſꝫ ille de quo dr̄· vob' qui timetis nomen dn̄i
orieṫ ſol iuſticie ⁊ p pluuiā irrigatio doctrine verita-
tis· q̄a ⁊ bonis ⁊ malis apparuit ⁊ euāgeliſatus ē xp̄s
¶ Hylarius· vel in baptiſmi ⁊ ſpūs ſacramento tri-
buit solē ⁊ pluuiā· ¶ Aug· vel pōt accipi ſol iſte vi-
ſibilis ⁊ pluuia qua fructus gignūṫ· quia inique i li-
bro ſapientie plangunt· Sol nō ortus ē nobis· ⁊ de
pluuia ſpirituali dr̄· Mandabo nubib' meis ne pluāt
ſuper eam· Sed ſiue hoc ſiue illud· magna dei boni-
tate fit que nobis imitanda precipitur Non enī
ait qui facit ſolem oriri ſed addidit ſuum id eſt quē
ipſe fecit ut hic ammoneremur quāta libertate p̄-
cepto eius preſtare debemus que non creamus ſꝫ
ex muneribus eius accipim'· ¶ Auguſtinus cōtra
vincentium Sed ſicut iſta bona eius laudamus· ita
etiam flagella eius in eos quos diligit cogitemus·
Vnde non omnis qui parcit· amicus eſt· nec omnis
qui verberat inimicus· Melius eſt enim cum ſeue-
ritate diligere q̄z cum lenitate decipere ¶ Criſoſtom'
ſuper Matheum· Caute autem dixit ſuper iuſtos
⁊ iniuſtos non ſuper iuſtos vt iniuſtos· quia omnia
deus nō ꝓpter oēs dat ſꝫ ꝓpter ſanctos ſicut ⁊ flagella
bōa peccatores· ſꝫ i bonis ſꝫ ſeparat pctōres a iuſtis
ne deſperent· nec in malis iuſtos a peccatorib' ne
glorientur Maxime cum malis bona non proſint q̄
male viuentes ad preiudicium ſuum ꝑcipiunt· nec
bonis mala noceant ſed magis proſint ad iuſticie lu-
crum ¶ Aug· in libro· x· de ciuitate dei· Nam bon'
temporalibus bonis non extollitur nec malis frangiṫ
Malus autem ideo huiuſmodi infelicitate puniṫ quia
felicitate corrūpiṫ· Vel ideo iſta tpalia bona ⁊ mala
veriſq̄ voluit eſſe cōmunia· vt nec bona cupidius
appetantur que mali habere cernūtur· nec mala tur-
piter euitentur quibus et boni afficiuntur ¶ Gloſ·
Amare autem amanteꝫ natura eſt· inimicum vero
amare eſt caritatis Et ideo ſequiṫ Si enim diligitis
eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis ſc'
i cel onīꝫ De hijs enim dr̄ Recepiſtis mercedem
veſtram Sed tamen hoc opꝫ facere illa non omit-
tere ¶ Rabanus Si ergo peccatores erga dilecto-
res ſuos natura duce volunt eſſe benefici· multo
magis vos maioris dilectionis ſignum amplecti debe-
tis· et non amantes· Vnde ſequiṫ Nōne ⁊ publicani
hoc faciunt· i· qui publica vectigalia exigunt· vel
publica negocia ſeculi vel lucra ſectantur ¶ Gloſ·
Si et p hijs tantū orauerītis· qui aliqua affinitate
vobis ſūt coniuncti· q̄d amplius habet beneficiū ve-
ſtrum q̄z infidelium Vnde ſequitur· Et ſi ſalutaueri-
tis fratres veſtros tantum quid amplius facietis
Salutatō· n· ē q̄dā ſp̄es orōis· nōne ethnici hoc faciūt

¶ Rabanus.i.gentiles. nam ethnos grece latine
gens dicitur qui tales ſunt vt fuerũt gentiles.ſ.ſub
peccato. ¶ Remig. Quia vero pfectio dilectionis
vltra dilectionem inimicoꝝ non poteſt procedere.
Ideo poſtq̃ dñs precepit diligere inimicos ſubiũxit
Eſtote ergo ⁊ vos pfecti ſicut ⁊ pater vr̃ celeſtis
perfectus eſt. Ipſe quidem pfectus ē vt omnipotens
homo aũt vt ab õipotēte adiut᷒. Nã ſicut qñq̃
in ſcripturis pro veritate ⁊ equalitate accipitur ut
ibi. ſicut fui cũ Moyſe ita ero ⁊ tecũ. aliqñ autē p
ſimilitudine vt hic. ¶ Criſ.ſup math. Sicut enim
filij carnales ſimilant patres in aliquo corporis ſigno
ita filij ſpũales deum ī ſanctitate.

¶ Attendite ne iuſti-
ciam veſtram faciatis
corã hominib᷒ vt vide
amini ab eis. alioquin
mercedē nõ habebitis
aput patrem ueſtrum
qui eſt in celis.

¶ Glo. Poſtq̃ xp̄us
legem quãtum ad pre
cepta impleuit. Inci
pit nunc eã adimplere
quantum ad promiſſa
vt pro celeſti mercede
precepta dei faciam᷒
non pro terrenis que
lex promittebat. Oĩa
autem terrena ad duo
potiſſima reducunt̄.ſ. ad humanam gloriam ⁊ ad
terrenoꝝ affluenciam. quoꝝ vtrũq̃ in lege pmiſſū
eē videtur. De glã eñi dicit̄ ī Deut. Faciet te dñs
excelſiorem cunctis gentibus que verſant̄ in terra
De affluēcia vero temporalium ibidem ſubditur. abũ
dare te faciet dñs ī oĩbus. Et ideo dñs hec duo ab ī
tentione fidelium excludit ſcilicet gloriam ⁊ terre-
norum affluenciam. Sed ſciendũ q̧ appetitus glĩe
ꝓpinquus eſt virtuti. ¶ Criſ.ſup math. Ubi enim
res agit̄ glorioſa. ibi facilius inuenit locum gloriatio
oĩs occaſio. Et ideo ītentionem glĩe primo dñs ex
cludit. Pre omnibus eñi vicijs carnalib᷒ ꝑiculoſi᷒
hoc eſſe in hominibus intellexit. Cum eñi omnia mala
ſeruos dyaboli vexent. concupiſcencie vane glĩe ma
gis vexat ſeruos dei q̃ ſeruos dyaboli ¶ Aug.in li.
de ſen. pſpe. Quas etiam vires nocendi habeat hu
mane glorie amor. non ſentit niſi qui ei bellum īdixe
rit. quia etſi cuiq̃ facile eſt laudem nõ cupe dum ne
gat̄ Difficile tamen eſt ea non delectari cũ offertur
¶ Criſ.ſup math. Intuere autem qualiter incipit
velut de fera aliqua difficile cognita diſputans ⁊
apta furari eum qui non valde vigilat. Occulte eñi
ingreditur ⁊ omnia que intus ſunt inſenſibiliter au
fert. ¶ Criſ.i omel. Et ideo hoc cautius cauendum
mandat dicens. Attendite ne iuſticiã veſtrã faciatis
coram hominibus. Coꝛ aũt noſtrũ attendere debemus
Inuiſibilis eñi eſt ſerpens quē obſeruare iubemur.
⁊ latenter ingredit̄ ⁊ ſeducit. Sed in corde mundo
ſi ſurreptio inimica ſucceſſerit. mox homo iuſtus diſ
ſcernit qua ſpiritu alieno pulſat̄. Si autem coꝛ fue
rit iniquitatibus plenum. ſuggeſtiõem dyaboli non
facile intelligit. Et ido ꝑmiſit ne iraſcaris. ne concu
piſcas. quia qui malis iſtis ſubiectus eſt coꝛ ſuũ nõ
poteſt attendere Sed quõ poteſt fieri vt non coram
hominibus elimoſinam faciamus. aut ſi fiat. quõ non
ſentiemur? Si eñi preſente aliquo occurrerit pauper
quomodo dabitur ei abſconſe? ſed educendo eum in
ſecreto videtur q̧ datur. Sed cõſidera quia ñ dixit
ne tantum coram hominibus faciatis. ſed addidit vt
videamini ab eis. Qui ergo non ideo facit vt ab ho
minibus videatur. etſi coram hominibus fecerit. non
tamē coram homib᷒ feciſſe videtur. qui eñi aliquid
facit propter deum. neminē videt ī corde ſuo niſi deũ
propter quē facit. Sic artifex eum ſemꝑ habet pre
ocul̄ q̄ ſibi op᷒ faciēdũ cõmiſit ¶ Greg. viij. mora.
Si g᷒ diuinis glĩaꝫ q̃rimus] ⁊ publica noſtra opa ī
cõſpectu illius occulta ſeruamus. Si vero p hoc no
ſtram laudem cõſpicimus. foras ab eius conſpectu iã
fuſa ſunt etiã ſi a multis ignorent̄ ſed valde pfectoꝝ
eſt ſic oſtēſo ope actoris glĩam querē. vt de illibata
laude priuata neſciant exultatione gaudere. q̃ infir
mi. quia pfecte contemnendo non ſupant. neceſſe eſt
vt bonum qd̾ opãtur. abſcondãt. ¶ Aug.de ſer.do.
in monte. In hoc vero q̧ dicit. Ut videamī ab eis
vl̄ addens. apparet h̄ euꝫ prohibuiſſe vt ibi finē nr̄i
ꝓpoſiti collocemus. Nã ⁊ apl̄us qui dicit Si adhuc
hoĩbus placerem. xp̄i ſeruus nõ eſſem alio loco di
cit. Ego hoĩbus p oĩa placeo. qd̾ non ideo faciebat
vt placeret hominibus ſed deo ad cuius amorē corda
hominum volebat conuertere ex eo q̧ eis placebat.
Sic nõ abſurde loqueretur. qui diceret In hoc ope
quo nauem quero. non nauem quero. ſꝫ patriam.
¶ Aug.de verbo dñi. Dicit aũt videamī ab eis. quia
ſunt quidam qui ſic faciũt iuſticiam coram hominibus
non vt videantur ab eis. ſed vt ipſa opa videantur
⁊ glorificetur pater qui in celis eſt. non eñi ſuaꝫ iu
ſticiam deputant. ſed eius cuius fide viuũt ¶ Aug.
de ſer. dñi in monte. In hoc etiam q̧ addit. Alioquī
mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui
in celis eſt. nihil aliud demonſtrat. niſi illud nos cauē
oportere ne humanam laudem pro noſtroꝝ operum
mercede queramus ¶ Criſ.ſup math. quid autem
a deo recipies qui deo nihil dediſti? Nam qd̾ proptē
deum fit. deo datur ⁊ ab eo recipitur qd̾ autem ꝓpē
homines fit. in uentos effundit̄. que eſt autem ſapien
cia res dare ⁊ verba vacua compare ⁊ mercedem
dei contemnere? Uel illum aſpice a quo lapidem ex-
pectas qui te propter deum facere putat. alioqui vi-
tuparet te magis. Ille autem qui plena quidem vo
luntate propter homines facit. ille propter homines
feciſſe videtur. Si autem p aliquius coꝛ cogitatio
vana aſcendit deſiderans hominibus apparere Anima
autem intelligens contradicit. Ille non propter ho
mines feciſſe videtur. quia qd̾ cogitauit paſſio car
nis eſt qd̾ elegit iudicium anime

¶ Cum ergo facis ele
moſinã noli tuba cañe
añ te ſicut ẏpocrite fa
ciunt in ſẏnagogis et
in vicis ut honorificen
tur ab hominib᷒. Amē
dico vobis receperũt
mercedem ſuã. Te at

¶ Aug.in ſermo.dñi.
Generaliter ſupra do
nauit. cum dixit. At
tendite ne iuſticiam veſtram faceretis coram hominibus ...

¶ Aug.in ſermo.dñi.
Generaliter ſupra do
nauit. cum ꝯ dixit. At
tendite ne iuſt iciã ve
ſtram Nunc autem p
partes exequitur.
¶ Criſ.ſup matheum
Ponit autem tria for
cia bona. i. elemoſinam
orationem ⁊ ieiunium
ꝯtra tria mala actiſua

**faciente elemoſinam neſciat ſiniſtra tua qđ faciat dextera tua vt ſit elẽoſina tua in abſcõdito ⁊ pater tuus qui videt in abſcõdito reddet tibi.**

que dñs tẽmptatiõis bellum ſuſcepit. pugna uit enĩ ꝓ nobis contra gulam in heremo Con tra auariciã ſupra mon tem. ↄtra vanam glãꝫ ſupra templum Eſt gͦ elemoſina que oĩſ pgit
contra auariciam que congregat. ieiunium contra
gulam. q̃ ē ei contrariũ. Oratio vero ↄtra vanam
glãm. q̄ cũ om̄e malum ex malo naſcat̃. ſola vana
glͣa de bono procedit. Ideo nõ deſtruit̃ ꝑ bonum. ſꝫ
magis nutrit̃. nullũ ergo remediũ poteſt eſſe cõtra
vanam gloriã niſi oratio ſola. ¶ Ambro. Omnis ſũ
ſũma eſt diſcipline xp̄iane in miſericordia ⁊ pietate
⁊ ideo ab elemoſina incipit dicens. Cũ ergo facis ele
moſinã noli tuba canere añ te ¶ Criſ. ſcd̃m a. tuba eſt
ē oĩs actus uel ſermo ꝑ quẽ opis iactantia demõſtra
tur puta qui facit elemoſinã qñ aliquẽ videt p̄ſentẽ
vel intercedente aliquo aut honeſtiori ꝑſone q̃ poteſt
retribuere. aliãs aũt non facit. Sed ⁊ ſi in loco ſecre
to fecerit. eo ꝓpoſito vt laudabilis videat̃ tuba eſt.
¶ Agu i ſ. do. i mõ. Sic gͦ qđ dicit Noli tuba ca
nere añ te. ad id r̃ſpicit qđ ſupiꝰ ait Attẽdite ne iuſti
ciam veſtrã faciatis corã ho. ¶ Jero. Qui aũt tuba
canit elemoſinã faciens ipocrita eſt Et ideo ſubdit.
ſicut ypocrite faciunt ¶ yſidᵒ. Forſitan conuoc anti
hoc faciebãt vt oẽs irẽt q. ad ſpectaclm. nomẽ ypo
crite tractũ ē a ſpecie eoꝝ q̃ i ſpectaculis ↄtecta facie
incedunt diſtinguẽtes vultum vario colore. vt ad ꝑ
ſone quã ſimulant colorem ꝑueniãt. Modo in ſpecie
uiri mõ in ſpecie femĩe vt fallant̃ populũ dum i lu
dis agunt ¶ Aug. in ſer. do. in monte. Sicut ergo
ypocrite id ē ſimulatores tanq̃ imitatores ꝑſonarũ
aliarum agunt ptes illius qđ non ſunt. Non enim
qui agit ptes Agamẽnonis. vere ipe ē ſꝫ ſimulat eũ
ſic ⁊ in eccleſijs ⁊ i oĩ vita humana q̃ſq̃s ſe vult vi
deri qđ nõ ē ypocrita ē. Simulat enĩ ſe iuſtum ⁊ nõ
exhibet q̄ totũ fructũ in laude hoim ponit ¶ Gloſa
Et ideo ſubdit loca publica cũ dicit. In ſynagogis
⁊ vicis Et finem intentũ cũ ſubdit Vt honorificẽt̃
ab hoĩbꝰ ¶ Greg. xxxi. mora. Sciendũ vero eſt
qꝛ ſunt nonnulli. qui ⁊ ſanctitatis habitum tenẽt. ⁊
ꝑfectionis meritum exequi nõ valẽt. quos nequaq̃
credendum eſt inter ypocritaꝝ numerꝝ currere. q̄
aliud ē infirmitate aliud callida ſimulatione peccare.
¶ Aug. de ſer. do. in monte. Tales autem qui ſimu
latione peccant. ab inſpectore cordis deo mercedem ñ
capiunt. niſi fallacie ſupplicium. Et ideo ſubdit Amẽ
dico vobis. receperũt mercedem ſuã ¶ Jero. Non
dei mercedem. ſꝫ ſuã Laudati enĩ ſunt ab hoĩbꝰ. quã
cauſa exercuere virtutes ¶ Aug. de ſer. do. in monte.
aũt reſpicit ad illud qđ ſupra poſuit Alioquin mer
cedem non habebitis apud p̄rem vr̃m Sic ergo nõ
quomodo illi elemoſinaꝫ facias. ſed quomodo facienda
ſit iubet conſequẽter. cum dicit. Te autem faciente
elemoſinam. neſciat ſiniſtra tua. qđ faciat dextera
tua ¶ Criſ. in omel. Hoc aũt ꝑ ſuperhabundantiam
dr̃ acſi dicat. Si poſſibile ē teipm ignorare ⁊ ipſas

Criſ. ſuper Matheum. Apoſtoli aũt interpretati
libro canonũ ſic. Dextera ē populus xp̄ianus q̄
ad dexterã xp̄i Siniſtra ē aũt omnis populus q̄
ad ſiniſtrã Hoc ergo dicit ne xp̄iano elemoſinã fa
ciente qui ē dextera. infidelis aſpiciat qui ē ſiniſtra
¶ Aug. de ſer. do. i mõte. Sed ſcd̃m hoc videbit̃
eſſe culpa velle placere fidelibꝰ. cũ tñ i quocũ
nimũ laudem finẽ boni opis conſtituere ꝓhibem
Vt aũt te imitent̃. quibus facta tua placuerint
fidelibus. ſed etiã infidelibꝰ exhibendũ eſt Si aũt
alij dicunt. ſiniſtrã inimicũ putauerit. vt neſciat i
micus tuus cũ elemoſinã facis. cur ipe dñs inimi
iudeis circũſtãtibꝰ miſericorditer ſanauit hoĩes
Deinde quomodo cum ipſo inimico facie
impleamus preceptum Si eſurierit inimicus tu
ciba illum. Tercia opinio eſt ridenda eoꝝ qui dicunt
ſiniſtre nomine vxorem ſignificari vt quoniã in
familiari ratiocinatores pecuniarum ſolent eſſe femi
lateat eas cum aliquid viri egenis impendit
domeſticas lites. Nõ autem ſolis viris hoc p̄cepti
datum eſt. ſed etiaꝫ feminis. Cũ ergo ſiniſtre
femina occultare opus miſericordie ſue. an
ſiniſtra erit femine. qđ ſi quiſpiam putat. cum
tum ſit talibus vt ſe inuicem bonis moribus
ciant non ſibi debent occultare bona opa ſua
ta facienda ſunt. vt promereat̃ deus Quod ſi
tandꝫ eſt aliquid. quãdiu alternũ infirmitas
aĩo nõ pt̃ ſuſtinere quãuis nõ illicite fiat non
feĩa ꝑ ſiniſtrã ſignificari facile apparet totiꝰ capi
ſignificatiõe Et etiã qm̄ ſiniſtrã vocet qđ ei
entis culpatũ eſt. qꝛ ſ. laudes hoĩm querit. hac
facere vetans Quapropt̃ ſiniſtra videt̃ ſignific
delectationẽ laudis Dextera aũt ſignificat
implendi precepta diuina Cum ergo conſcientiã
ciendi elemoſinã miſcet ſe appetitio laudis huma
ſiniſtra conſcia dextere. Neſciat ergo ſiniſtra
nõ ſe miſceat ↄſcientie tue laudis humãe appetitio
Dñs aũt nr̃ multomagis ꝓhibet ſolã ſiniſtrã
opari q̃ eã miſceri opibꝰ dextere Quo autẽ
dixerit. oñdit cũ ſubdit Vt ſit elemoſina tua
ſcondito. i. in ipa bona ↄſciẽtia que humanis oculis
demõſtrari ñ pt̃ nec vbis aperiri. q̃doquidem
mala mentiunt̃ Sufficit aũt tibi ad ꝓmerẽdũ
ipa ↄſcientia. ſi ab eo expectas p̄miũ qui ſolus co
ſcientie inſpector ē. ⁊ hoc ē qđ ſubdit̃. ⁊ pater tu
q̃ uidet in abſcondito reddet tibi. multa libri
plari i hñt reddet tibi palã ¶ Criſ. ſup mat. Impo
ſibile ē enĩ vt opus bonũ hoĩs in abſcondito
cat deus ſꝫ i hoc ſeculo manifeſtat ⁊ i illo glorifica
gl̃a dei eſt ſicut ⁊ diabolus manifeſtat malũ
malicie eius virtus oſtendit̃. ꝓprie aũt publicari
omne bonũ i ſeculo illo erius bona nõ ſunt
bonis ⁊ malis Jo cuicũq3 illic benefecerit
feſtũ ē q̄ ꝓ mercede iuſticie ſue meruit illud
ces aũt iuſticie in hoc ſeculo manifeſta nõ
nõſolũ boni ſꝫ et mali ſiue diuites ¶ Aug. de ſ.
mõ. Sꝫ in grecis exẽplaribꝰ que ꝑra ſunt
palã ¶ Criſ. i omel. Si ergo vis hr̃e inſpect
rum que facis Ecce habes nõſolũ angelos aut
angelos ſed deum vniuerſoꝝ.

## Capitulum ſextum.

Ateū oratis nō eritis ſicut ypocrite q̄ amāt in ſinagogis ⁊ in angulis platearum. ſtātes orare ut videāť ab hominibꝰ Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam Tu autem cum oraueris. intra in cubiculū tuū ⁊ clauſo hoſtio tuo ora patrē tuum in abſcōdito Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.

¶ Criſ. ſup matheum Salomō dicit ante orationem prepa animam tuam. Quod quidem faciens elemoſinā venit ad orationem. bona enī opa excitant fidē cordis ⁊ dant cōfidenciam anime apud deū orandi. ergo elemoſina preparatio eſt orationis ⁊ ideo dñs poſt elemoſinam conuenienter de oratione nos inſtruit. ¶ Aug. de ſer. domini in monte. Non autem hoc monet nunc ⁊ oremus quomodo oremꝰ ſic nec ſupius vt faciamus elemoſinam ſed q̄ aīo faciamus. ¶ Criſ. ſup matheum Eſt aūt oratio quaſi quoddam ſpiritale tributum qđ anima offert deo de viſceribus ſuis Quanto ergo glorioſior eſt tanto cautior eſt ſeruanda. ne propter homines facta vileſcat. ⁊ ideo dicit. Cum oratis non eritis ſicut ypocrite. ¶ Criſ. in omelia. ypocritas vocat q̄ deū ſe fingentes orare. homines circūſpiciunt. Et ideo ſubdit qui amant in ſynagogis orare. ¶ Criſ. ſuper math. Puto autem non ad locum hoc refert dñs ſ; ad propoſitum orantis. In cōuentu enī fideliū orare laudabile eſt. ſicut dictum eſt In eccleſijs benedicite deum. Qui ergo ſic orat. vt ab hominibus videatur. non deum aſpicit. ſed homines. Et ideo quātum ad propoſitum ſuū in ſynagoga orat. Cuius autem orātis mens ſolum aſpicit deum quāuis in ſynagoga oret tū apud ſe in ſecreto videť orare. ſeqť. Et in angulis platearum vt videantur abſconſe orare. ⁊ ſic dupliciter laudāť. ⁊ q; orāt ⁊ q; abſcōſe orāt. ¶ Glo. vt anguli platearum ſiue vbi via per tranſuerſum greſſum ducitur. ⁊ quadriuiū reddit. ¶ Criſ. ſup mat. Eo ergo propoſito in conuentu vetat orare vt a conuentu videatur. Vnde ſubditur. vt videanť ab hoībus Orans ergo nihil nouū faciat quod aſpiciāt homines vel clamando vel pectus percutiendo vel manus extendendo ¶ Aug. de verbis dñi. Non autem videri ab hominibus nephas ē. ſ; ideo hoc agere vt ab hominibus videaris. ¶ Criſ. i omelia. Vana enī gloria vbiq; quidem bonum eſt maxime autem i oratiōe Si enī in hoc cogitationibus circūferimur ſi ad orādum ingreſſi fuerimus. hanc habentes egritudinem qualiter intelligemus ea que a nobꝰ dicunť ¶ Aug. de verbo dñi. Hic etiam fugiendum eſt hominū ſciēciam. ſi hoc animo aliquid fiat vt fructꝰ expectetur placendi hominibus. Vnde ſubditur. Amen dico vobꝰ receperunt mercedem ſuam. ¶ Criſ. ſup mat. Vnuſquiſq; enī vbi ſeminat ibi metit. Vnde qui propter hominem orant non propter deum. ab hominibus non a deo laudanť ¶ Criſ. i omelia. Dicit autem receperunt. quia deus retributionē que ē ab ipſo tribuere vellet. Illi autem eam que eſt ab hominibus vſurpāt Quomodo aūt orandum ſit ſubiungit dicēs. Tu aūt cum oraueris intra in cubiculū tuū. ⁊ clauſo hoſtio ora patrem tuum in abſcondito. ¶ Iero. Hoc ſimpliciter intellectum erudit auditorem vt vanam orādi gloriam fugiat ¶ Criſ. ſup. matheum. Vt nemo ſit ibi niſi ille qui orat ⁊ ille quē orat Teſtis enim orātem grauat non adiuuat. ¶ Ciprianus de oratione dominica. i abditis aū locis orare magis cōuenit fidei ut ſciamꝰ dominum vbiq; eſſe preſentē ⁊ maieſtatis ſue plenitudine occulta penetrare Poſſumus etiam i telligere ⁊ hoſtiū domus os corporis ut n̄ clamoſa voce oremus deū ſed tacito corde ꝓpť tria Primo quia deus nō voce clamoſa pulſandꝰ eſt ſed conſciencia recta placādus qui eſt cordis auditor. Secūdo quia ſecretas orationes tuas non oz alīum ſcire niſi te ⁊ deum. Tercio q̄a clamoſe orās alterū impedit te nō pmittis orare ¶ Ex coll. patr. Cū ſūmo etiam ē orandū ſilencio vt ipſos quoq; inimicos noſtros qui orantibus nobis maxime inſidianť lateat noſtre peticionis intencio ¶ Aug. in ſer. do. in mō. Vel p cubicula noſtra ſūt intelligenda corda nr̄a de quibus dicit Que dicitis in cordibus veſtris ⁊ in cubilibus veſtris compungimini. hoſtium eſt carnalis ſenſus foris ſūt omnia temporalia q̄ p ſenſū cogitationes noſtras penetrant ⁊ turba vanoꝝ phantaſmatū orātibꝰ obſtrepunt ¶ Ciprianꝰ de oratione dominica Que aūt ſegnicia eſt alienari et capi ineptis cogitationibꝰ et ꝓphanis cū dominū deprecaris quaſi ſit aliud quod magis debeas cogitare q̄z qđ cū deo loquaris Quo te audiri a deo poſtulas cum te ipm̄ non audias hoc ē ab hoſte non cauere hoc eſt deū negligentia orationis offendere ¶ Aug. d verbo domini Claudēdum ē ergo hoſtium id ē carnali ſenſui reſiſtendum vt oratio ſpiritalis dirigatur ad patrem que ſit in intimis cordis. vbi oratur pater in abſcōdito Vnde ſequiť Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. ¶ Remi. Et eſt ſenſus Sufficiat tibi vt ille ſolus nouerit tuā orationē qui omniū corda nouit occulta quia ipſe qui eſt inſpector erit exauditor ¶ Criſ. in homelia Non aūt dixit gratis dabit ſed reddet. Etenim debitorem ſeipm̄ tibi conſtituit.

¶ Orantes autem nolite multū loqui. ſicut ethnici faciunt Putāt enī ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur nolite ergo aſſimulari eis Scit enī pater veſter quid opus ſit vobis anteq̄ꝫ petatis eum.

¶ Aug. i ſermone domini in mōte Sicut hipocritaꝝ ē prebere ſe ſpectandos i oratione quorum fructꝰ eſt placere hominibꝰ ita eſt ethnicoꝝ .i. gentiliū i multiloquio ſe putaē exaudiri Et inde Orātes aūt nolite multum loqui ¶ Excollatione patrū Frequenť enī ſed breuiter eſt orandū ne immorantibus nobis inſerere aliquid noſtro cordi inſidiatur poſſit inimicus ¶ Aug. ad Probam Non enī vt quidā putant

hoc orare ē ī multiloquio ſi diutius oret. Aliud ē
ſermo multus. aliud diuturnus affect⁹. Nam ꝛ
de ipſo domino ſcriptum eſt. ꝙ pernoctauerit
in orando ꝛ ꝙ prolixius orauerit vt nobis pre-
beret exemplum. Dicuntur fratres ī egipto cre
bras quidem habere orationes. ſed eas tamen bre
uiſſimas ꝛ raptī quodammodo iaculatas. ne illa
uigilanter erepta que oranti plurimum eſt neceſ
ſaria. per productiores moras hebeſcāt intentio.
ac per hoc ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionem
ſicut eſſe obruendam ſi perdurare non poteſt. ita ſi
perdurauerit. non cito eſſe rumpendam. Abſit au
tem ab oratione multa locutio ſed non deſit multa
precatio ſi feruens perſeuerat intentio. Nam
multum loqui eſt in orando rem neceſſariam ſup
fluis agere verbis. Multum autem precari eſt
eum quem precamur diuturna cordis excitatōe
pulſare. Nam plerunqȝ hoc negocium plus ge-
mitibus q̄ȝ ſermonibus agitur. plus fletu q̄ȝ affa
tu. ¶ Criſoſtomus in omelia. Diſſuadet igitur per
hoc inanem locutionem in orando. puta cum non
petimus decentia a deo. potentatus ꝛ glorias. in
imicos ſuperare ꝛ pecuniarum ſupabundantiā.
Iubet ergo hic non longas orationes facere. Lon
gas autem dico non tempore. ſed multitudine eo
rum que dicuntur. pmanere tamen oportet eos
qui petunt. Orationi enim ait apoſtolus inſtātes
Non tamen iubet decem milium verſuum oratio
nem componere ꝛ cordetenus enunciare. quod
occulte inſinuat. cum dixit. Nolite multum loq̄.
¶ Gloſa. Damnat autē multiloquium orationis
veniens de infidelitate. Unde ſequitur. Sicut eth
nici faciunt. Gentilibus enim erat neceſſaria ūbo
rum multiplicitas propter demones qui neſcirēt
quid illi peterent. niſi illorum verbis inſtructi.
Unde ſequitur. Putant enim ꝙ in multiloquio
ſuo exaudiātur ¶ Auguſtinus de ſermōe domini
in monte. Et reuera omne multiloquium a genti
libus venit qui exercende lingue potius quā mū
dando animo dant operam. ꝛ hoc ſtudij genus
etiam ad deum prece flectendum transferre co-
nantur ¶ Greg. xxxiij. moralium. Sed veracit̄
orare eſt amaros in compunctione gemitus ꝛ nō
compoſita verba reſonare. Et ideo ſubditur. No
lite ergo aſſimilari eis. ¶ Auguſtinus de ſermōe
domini in monte. Si enī verba multa ad id profe
runtur vt inſtruatur ignarus. quid eis opus eſt
ad rerū oīm cognitorem. Unō ſequitur. Scit enī
pater veſter quid opus ſit vobis anteq̄ȝ petatis
eum ¶ Ieronimus. Conſurgit autem in hoc lo
co quedam hereſis philoſophorum. Et dogma
peruerſum dicentium. Si nouit deus quid ore-
mus ꝛ anteq̄ȝ petamus ſcit quo īdigeamus fru
ſtra ſciē loquimur. Quibus reſpondendum eſt

Non narratores eſſe. ſed rogatores. Aliud ē enim
narrare ignoranti. aliud petere ſcienti. ¶ Criſo-
ſtomus ī omel. Non g° oras ut doceas. ſed flectas
vt familiaris efficiaris continuitate interpellatio-
nis. vt humilieris vt rememoreris peccatorū tuo-
rum ¶ Auguſtinus de ſermone domini in monte.
Nec etiam verbis nos agere debemus apud deū
ꝛ vt impetremus quod volumus. ſed rebus que
non animo gerimus ꝛ intentione cogitationis cū
dilectione pura ꝛ ſupplici affectu. ¶ Auguſtin⁹
ad probam. Sed ideo per certa interualla tem-
porum etiam verbis rogamus deum vt illarum re-
rum ſignis noſipſos ammoneamus quātumqȝ in
hoc deſiderio profecerimus nobiſipſis innoteſca-
mus. ꝛ ad hoc augendum in noſipſos acrius
excitemus. ne varijs curis quod tepeſcere cepe-
rat. omnino frigeſcat. ꝛ penitus extinguatur
niſi crebrius inflammetur. Nobis ergo neceſſa-
ria ſunt verba quibus cōmoueamur. ꝛ inſpicia-
mus quid petamus. non quibus dominum ſeu
docendum ſeu flectendum eſſe credamus. ¶ Au-
guſtinus de ſermone domini in monte. Querere
ſus queri poteſt ſiue rebus ſiue verbis orandum
ſit quid opus ſit ipſa oratione. ſi deus iam nouit
quid nobis neceſſarium ſit. niſi quia ipſa oratio-
nis intentio cor noſtrum ſerenat ꝛ purgat capaciusqȝ
efficit ad excipiēda diuina munera. q̄ ſpiritualiter
nobis infunduntur. Non enī ambitione precū nos
exaudit deus qui ſemper paratus eſt dare ſuam
lucem. ſed nos non ſemper parati ſum⁹ accipe-
re cum inclinamur in alia. Fit ergo in oratione
conuerſio cordis ad deū. ꝛ purgatio [illegible]
cum ea que cupiebantur. temporaliter excluditur
ut acies cordis ſimplicis ferre poſſit ſimplicem
lucem ꝛ in ea manere cum gaudio quo beata vi-
ta perficitur.

¶ Sic ergo vos orabi
tis pater noſter qui
es incelis

¶ Gloſa. Inter ſ[illegible]
lutaria monita [illegible]
uina quibus con[illegible]
lit credentibus fo[illegible]
mam orandi prop[illegible]
ſuit ꝛ orationē compoſuit breuibus verbis. vt
ſit fiducia cito annuendi. quod breuiter vult rogari.
Unde dicit. Pater noſter qui es in celis.
¶ Cyprianus ꝺ orōe dñica. q̄ fecit viuē docuit
ꝛ orare. vt dum oratione quā filius docuit apud
patrem loquimur. facilius audiamur. Amica ꝛ fa-
miliaris. n. oratio eſt dominū ꝺ ſuo rogare. agno-
ſcat pater filij ſui verba. cum precem facimus.
ꝛ cum ipſo habeamus aduocatū apud patrem
pro peccatis noſtris quando peccatores pro deli-
ctis noſtris petimus. aduocati noſtri verba promi-
mus ¶ Gloſ. Non enī hijs ſolis verbis orare ſed
alijs ſub eodē ſenſu ↄceptis q̄bꝰ cor nr̄m accēdi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

¶ Aug. de ſermo. dñi in monte. Cum autem ī oī de
precatione beniuolencia concilianda ſit eius quez de
precamur. Deinde dī quid deprecemur p laudem illi⁹
adquē oratio dirigitur. ſolet beniuolencia conciliari
Et hoc ī orationis principio poni ſolet In q̄ domin⁹
noſter nihil aliud nos dicere iuſſit niſi Pater nr̄ q̄
es in celis. Multa quidem dicta ſunt in laudem dei.
nuſq̄ȝ tamen inuenit̄ preceptum populo Iſrael vt
dicerent. Pater noſter. ſed eſt eis inſinuatus vt dñs
tanq̄ȝ ſeruis ſed de populo xpiano Apoſtolus dicit
q̄ ſpm̄ adoptionis accepit. in quo clamamus. abba
pater quod non ē meritorum noſtroꝝ. ſed grē quam
in oratione ponim⁹. cum dicimus pater. quo noīe
et caritas excitatur. Quid em̄ carius debet eſſe filijs
q̄ȝ pater. et ſupplex affectus cum homīes dicunt deo
pater noſter et quedam impetrandi pſumpcio quid
iam non det filijs petentibus cum hocipſum ante de
derit vt filij eſſēt. Poſtremo quāta cura aīm tāgit
vt qui dicit Pater noſter tanto pr̄e non ſit idign⁹
Admonēt etiam hinc diuites vel genere nobiles cū
facti fuerint xpiani. non ſupbiē aduerſus pauperes
vel ignobiles q̄n ſimul dicunt deo. pater noſter. qḋ
non poſſunt pie ac vere dicere niſi ſe fratres eſſe co
gnoſcant. ¶ Criſ. i omel. Quod em̄ nocumētum ē
ex inferiori cognacione cum ſecundum ſupiorē oēs
ſimus copulati qui etiam patrem dixit et peccatoꝝ
remiſſionem et adoptiōem et hereditatem et frater
nitatem que ē ad vnigenitum. et ſpūs largitionem
p vnam hanc confeſſus eſt nuncupationem. Ab. n.
poſſibile ē vocare deum pr̄eȝ niſi eum qui eſt oibus
iſtis bonis potitus. Dupliciter igitur orantium eri
git ſenſum. et dignitate eius qui īuocat̄ et magnitu
dine beneficioꝝ quibus orās potitus eſt. ¶ Cypriā⁹
de oratione dñica. Non autem dicimus pater me⁹. ſȝ
pat̄ noſter. quia pacis et vnitatis magiſter noluit ſi
gillatim et priuatum precem fieri. vt cum quis p̄cat̄
pro ſe tantum precet̄. Publica em̄ ē nobis et comūis
oratio. et q̄n oramus non pro vno tantum. ſed p po
pulo toto oramus. quia totus populus vnū ſumus
Hic em̄ vnum orare pro omnibus voluit quomodo ī
vno omnes ipſe portauit ¶ Criſ. ſup math. Pro ſe
em̄ orare neceſſitas cogit. pro altero autem caritas
fraternitatis hortat̄. Dulcior autem eſt ante deum
oratio. nō quā neceſſitas tranſmittit. ſed quā caritas
fraternitatis cōmendat ¶ Glō. Dicit̄ etiam pater
noſter qḋ commune ē omnibus. non pater me⁹ quod
ſoli xp̄o conuenit qui eſt filius p naturam ¶ Criſ.
ſup math. Addit autem qui es ī celis. vt ſciam⁹ nos
habere patrem celeſtem. et erubeſcāt ſe terrenis re
bus ſubſternere qui patrem habent in celis ¶ Ex
colt. patrū. Et vt ad illam regionem in qua patrē
noſtrum cōmorari fatemur. ſūmo deſiderio prepem⁹
¶ Criſ. in omel. In celis ergo cū dicit. non illic deū
concludens hoc ait. ſed a terra abducens orantem et
excelſis regionibus affigens. ¶ Aug. de ver. domi
in monte. Vel dr̄ eſſe in celis. i. ī ſanctis et iuſtis. nō
em̄ ſpacio locorum continet̄ deus. Sunt quidem celi
excellencia mūdi corpora etſi ī eis locus dei eſſe cre
datur. melioris meriti ſunt aues quaꝝ vita eſt deo
vicinior. Ilō ac̄ ē ſcriptū Prope ē dñs excelſis at

ex celis hoībȝ. aut eis q̄ ī mōdo habitant. ſed con
tritis corde. Sed ſicut terra appellatus eſt peccator
cui dictum eſt. Terra es et in terram ibis. ſic celum
iuſtus ecōtrario dici poteſt. Recte ergo dicit̄ Qui
es ī cel. i. q̄ es ī ſcis tm̄. n. ſpūalr intereſſe videt̄ inter
iuſtos et peccatores quātum corpaliter inter celū et
terram Cuius rei ſignificande gracia orantes ad ori
entem conuertimur. vnde celum ſurgit. non tanquā
deus ibi ſit. ceteras mundi deſerens ptes. ſed vt ad
moneatur animus ad naturam excellētiorem ſe cō
uertere. i. ad deum cum corpus eius qḋ terrenum ē
ad corpus excellencius. i. ad corpus celeſte ꝯuertit̄
Cōuenit etiam vt oīm ſenſibus et paruloꝝ et magno
rum bene ſentiatur de deo. et ideo qui nondum poſſūt
aliquid ī corporeū cogitare. tolerabilior eſt illorum
opinio ſi deum in celo pocius eſſe credant quam in
terra.

¶ Sanctificetur no-
men tuum.

¶ Aug. Dictuȝ eſt q̄s
ſit qui petit̄. et vt vbi
habitet. Iam videā⁹
q̄ ſint petenda. Pri⁹
autem oīm que petūt̄
hoc eſt. Sanctificetur nomen tuū. qḋ nō ſic petitur
quaſi non ſit ſanctum dei nomen. ſȝ vt ſanctū habeat̄
ab hoībȝ. i. ita innoteſcat de⁹ vt non eſtimet̄ aliqḋ
ſanctius ¶ Criſ. in omel. Vel rogare iubet orantem
p noſtram glorificari vitam ac ſi dicat Ita fac nos
viuē. vt p nos uniūſa te glificēt ſanctificēt. n. idē eſt
q̄ glificet̄. Digna eſt at̄ dep̄cantis orō nihil petere
ante patris gloriam. ſed omnia eius laudi poſtponē
¶ Cyprianus. Vel aliter. non optamus deo vt ſan
ctificetur orationibus noſtris. ſed vt nomē eius ſan
attendere ſ; paucoꝝ laborib ¶ Iero. Signficāter
igit̄ de vtraq; via locutus dixit q̄ p latā multi am
lant. anguſtam pauci inueniūt. Latā em̄ nō querūt
nec inuenire opus ē. ſpōte ſe offert ⁊ errāciū uia
āguſtas vō nec oēs inueniūt. nec qui inuenerint ſtatī
ingrediūt̄ p eam. ſiq̄dem multi inuēta veritatis vi
capti voluptatib ſeculi demedio itinere reuertunt

¶ Attēdite a falſis ꝓphetis qui veniūt ad vos in veſtimētis oui um. Intrinſec⁹ aūt ſūt lupi rapaces. A fructi bus eoꝝ cognoſcetis eos. Nūq̄d colligūt de ſpinis vuas aut de tri bulis ficꝰ. Sic omīs ar bor bona fruct⁹ bonos facit. Mala aūt arbor malos fruct⁹ facit. Nō poteſt arbor bona fru‑ ctus malos facere nec arbor mala fruct⁹ bo‑ nos facere. Omnis ar bor q̄ nō facit fructuz bonū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. Igit̄ ex fructi b; eoꝝ ꝯgnoſcetis eos

¶ Criſ. ſup mathm
ſupra mādauerat q̄
ſicut dn̄s ne ꝯtriſtai
oracioēs ⁊ ieiunio
ram hoibus ſicut ſi
cunt facient. Et ne
ad cognoſcēdū q̄ hc
omnia in ẏpocriſi fie
piīt loquit̄ dicēs. At
dite a falſis prophe
¶ Auguſtin⁹. de ſ. d
vel aliter. cū dixiſ
domi⁹ paucos eſſe q
inueniunt anguſtā p
tam et artam viā. N
heretici qui plerum
ſe ſub nomie pauci
tis cōmēdant ſe nob
ſupponant. ſtatim ſu
ſūt dicēs. Attendi
a falſis ꝓphetis ¶ Cri
ſome. vl̄ aīr q̄ dixit
q̄ āguſta ē porta ſu
intu ſe q̄ ꝑuīt cā
luc ferē viā iaq; ıbı

Attendite a falſis prophetis In quo vt maiorē ſol
licitudinem habeant·meminit· eoꝝ que in patribus
eoꝝ facta ſunt·falſos prophetas vocans etenim tūc
talia contigerūt· ¶ Criſ·ſup math· Q̄d at ſcriptū
ē infra q̄a lex ꝛ ꝓphe vſq ad Iohem dr̄ q̄a ꝓphia
de xp̄o non erat futura poſt eū· Prophete aūt ꝛ fue
rūt ꝛ ſunt·ſed n̄ qui ꝓphetarēt de xp̄o·ſed qui inter
pretarēt ea que de xp̄o ab antiquis fuerāt ꝓphata
id eſt doctores eccl'iaꝝ· Nec·n· poteſt q̄s ꝓpheticos
interp̄tari ſenſus·niſi p ſpm̄ ꝓphetie· Sciens g° dn̄s
futuros eſſe falſos doctores hereſum diuerſaꝝ am
monet dicens· Attendite a falſis ꝓphetis Quia em̄
non erant futuri manifeſti gentiles·ſ; abſcōditi ſub
nomie xp̄iano·non dixit·aſpicite.ſed attendite·vbi
em̄ res certa eſt·aſpicit̄·i·ſimpliciter videt̄·vbi aūt
incerta attendit̄·i·caute conſiderat̄· Item dicit Attē
dite quia firma tutela ſalutis eſt ſcire quē fugias·
Non autem ſic admonet attendite·quaſi inuito deo
dyabolus hereſes introducat·ſed eo pmittente· q̄a
enim non ſine iudicio vult ſeruos ſuos habere Ideo
miſit temptationem·quia·vero nō vult eos per igno
rantiā pire· Ideo p̄monet· Ne autē aliquis here
tic° doctor dicat·q; nō dixit nos falſos ꝓphas ſ; gē
tiliū ꝛ iudeoꝝ doctores· Ideo addidit· Qui veniūt
ad vos in veſtimentis ouiū. Oues·n·xp̄iani dicunt̄
Veſtimentum aūt ouile eſt ſpēs xp̄ianitatis ꝛ ſimu
late religionis· Nulla aūt res ſic exterminat bonū
ſicut ſimulatio Nam malum ſub ſpecie boni celatuꝫ
dum non cognoſcitur·nō cauet̄· Et ne adhoc dicas
hereticus quia de veris doctorib; loquit̄·qui tamen
peccatores ſunt· Ideo addit Intrinſecus autem ſūt
lupi rapaces Catholici autem doctores ꝛſi fuerint
peccatores·ſerui quidē n carnis dicunt̄·non tamen
lupi rapaces·quia non habent ꝓpoſitum pdere xp̄ia
nos Manifeſte ergo de hereticis doctoribus dicit·q̄a
eo propoſito ſpeciem xp̄ianoꝝ ſuſcipiunt·vt xp̄ia
nos iniquo ſeductionis morſu dilanient·de quibus
dixit apoſtolus· Scio quia poſt diſceſſum meum in
trabunt in vos lupi graues non pcentes gregi·
¶ Criſ·in omeli· Sed tamen videt̄ falſos ꝓphas
hic non hereticos inſinuare·ſed eos quidem qui vite
ſunt corrupte·ſed facie quidem virtutis īduūtur·q̄a
induxit A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos Apud he
reticos enim ē multociens ꝛ vitam mūdire·ap° hos
autem quos dixi·nequaꝙ· ¶ Aug·de ſer·do· Vnde
rectiſſime querit̄·quos fructus nos attendere volu
erit Multi enim quedam in fructibus deputant que
ad veſtitum ouiū ptinent· Et hoc modo de lupis de
cipiuntur·ſecuti em̄ ſunt vel ieiunia·vel elemoſinas
vel orōnes·que p̄tendunt hominibus placere cupien
tes eis quibus iſta difficilia vident̄· Nō ergo nō ſūt
fructus de quibus cognoſci iſtos monet· Iſta enim
que cū bono animo fiūt·ſunt proprie ouibus veſtes
Cum aūt malo in errore non aliud q̄ lupos tegunt·
Sed non ideo debent oues odiſſe veſtimentum ſuū
q pleruꝫ p illo ſe occultant lupi Qui ſunt ergo fru
ctus quibus cognoſcamus arborē malam: dicit apo
ſtolus Manifeſta ſunt opa carnis·que ſunt fornica
tio imūdicie ꝛc· Qui ſunt fruct° quibus cognoſcā°
arborem bonam· Idem apoſtolus oſtendit dicens·

Fructus autem ſpūs ſunt caritas·gaudium·pax·
¶ Criſ·ſup math· Fructus etiam eius ouis eſt cō
feſſio eius fidei· Qui em̄ ſm deum vocem humilita
tis ꝛ vere confeſſionis emittit·ouis eſt· Qui autem
contra veritatem blaſphemus vlulat contra deum
lupus ē ¶ Iero· Etſi ergo poteſt de oībus itelligi
q hic de falſis prophetis dicit̄ q̄ aliud habitu ac ſer
mone pmittunt·aliud ope demonſtrant· ſpecialiter
de hereticis intelligēdum videtur qui videtur con
tinentia ac ieiunio quaſi quadā pietatis veſte ſe cir
cūdare· Intrinſecus autem habentes aīm venenatū
ſimpliciorū fratrū corda decipiunt· ¶ Aug°·de ſer·
do·i monte Sed ex opibus contra poteſt verum ex
teriorem cultum ambitione·aliqua faciant· Cum·n·
ceperint aliquibus temptationibus ea ipſa vel ſub
trahi vel negari que iſto velamine vel cōſecuti ſūt
vel conſeq̄ cupierūt·tūc neceſſe ē vt appareat verū
lupus i ouina pelle ſit·an ouis in ſua ¶ Greg·xxxi·
moral·ypocrita etiam ſancte eccleſie pace premitur
idcirco ante oculos noſtros religione veſtitur· Si
qua vero fidei temptatio erumpat·ſtatim lupi mēs
rapida habitu ſe ouine pellis expoliat·quātūcūq̄ ꝯ
bonos ſeuiat·pſequēs demonſtrat· ¶ Criſ·in omel·
Facile etiam ypocrite capiunt̄·via em̄ quā iuſſi ſūt
ambulare laborioſa eſt·ypocrita autem laborare nō
vtiq̄ eliget· Deinde vt non dicas q̄m impoſſibile ē
cognoſcere tales·rurſum ratiōe ab humano exem
plo ponit dicens· Nūquid colligunt de ſpinis vuas
aut d̄ tribulis fic° ¶ Criſ·ſr math· Vua i ſe miſte
rium xp̄i habent ſicut em̄ botrus multa in ſe grana
ligno mediāte ſuſpēdit·ſic ꝛ xp̄s multos ſibi fideles
p lignū crucis tenet adiunctos· Ficus aūt ē eccleſia
que multos fideles tenet dulci quodam caritatis am
plexu·ſicut ficus multa grana vno tegimīe tenet i
cluſa· Sunt ergo fic° ſigna hec caritatis quidem in
dulcedine· vnitatis aūt in coniunctione granoꝝ· In
vua autem patientie quidem ſignum eſt·q; in torcu
lar mittitur·gaudij aūt quia vinū letificat cor ho
minis Sinceritatis·quia non ē aqua pmixtum·ſua
uitas autem i delectatione Spine aūt ꝛ tribuli ſunt
heretici Sicut ergo ſpina vel tribulus ex quacūq̄
pte habet aculeos ſic ꝛ ſeruos dyaboli ex quacūq̄
pte cōſideraueris iniquitatib; plene ſunt· Non pōt
ergo hui° modi ſpine ꝛ tribuli eccleſiaſticos fruct°
pferre· Q̄d aut pcularitér ſub ſimilitudine ficus
ꝛ uuis ſpine ꝛ tribuli dixerat oſtendit conſequēter
vniuerſaliter eſſe verum·cum dicit· Sic oīs arbor
bona fructus bonos facit Mala autem arbor fruct°
malos facit· ¶ Aug·de ſermo·do· in monte In hoc
aūt loco illoꝝ error cauendus eſt·qui de duabus ar
boribus duas naturas opinant̄ eſſe·quarum vna
ſit dei·altera vō non Non aūt eos adiuuare duas
iſtas arbores dicendum eſt·quia de hominibus eū di
cere planum eſt·ſiquis precedentia ꝛ conſequentia
legerit ¶ Aug·xij·de ciui·dei Omnibus autem pre
dictis ipſe nature diſplicent·non eas conſiderātibus
ſecundum vtilitatem ſuam·nō autem ex cōmodo vl'
incōmodo noſtro·ſed perſe ipſam conſiderata nāta dāt
artifici ſuo gloriam Nature igitur omnes quoniā
ſunt· ꝛ ideo habent modum ſuum ſpeciem ſuam ꝛ

quando ī ſecum pacem ſuā profecto bone ſit ¶ Criſ. in omel. Ne aūt nullus dicat qm̄ mala arbor fert q̄dē fructus malos. fert aūt ⁊ bonos Et ſic difficile ſit cognitio. duplici prolatione exiſtente. Ideo ſubiungit. Nō pt̄ arbor bona fructus malos facere neq̄ arbor mala fructus bonos facere. ¶ Aug᷒. de ſer. do. Ex hoc vbo putant Manichei neq̄ animā malam fieri poſſe vt ī melius ɔmutet̄. neq̄ bonā ī deterius. quaſi dictum ſit Nō pt̄ arbor bona mala fieri. neq̄ mala fieri bona. ſʒ ita dictum ē Nō poteſt arbor bōa fructus malos facere. nec econuerſo Arbor quippe ē ipa aīa id ē ipe hō. fructus vo opa hois Nō ergo pt̄ malus hō bona opari. neq̄ bonus mala. Ergo ſi vult bona malus opari. prius bonus fiat. Quādiu aūt quiſq̄ malus ē nō pt̄ facere fructus bonos. Sicut em̄ poteſt fieri. vt q̄ fuit nix. non ſit. Nō autē vt nix ſit calida. ſic poteſt fieri. ut q̄ malus fuit. non ſit malus. nō tamen fieri poteſt vt malus benefaciat quia etſi aliqñ vtilis ē. Non hoc ipſe facit. ſed fit de illo diuina prudentia procurāte. ¶ Rab. Nō autem ipe arbor bona vel mala dr̄ propter voluntatem bonā vel malā. Fructus aūt ſunt opa que nec bona male voluntatis eſſe pnt̄. nec mala bone voluntatis ¶ Aug. ɔtra iulianū. Sicut aūt manifeſtum ē ex voluntate mala tanq̄ʒ ex arbore mala fruct᷒ eius fieri oīa opa mala. ſic ipam voluntatem malā vn̄ dices eſſe exortā Niſi quia volūtas mala angeli ex angelo ex homīe hois orta ē. Quid aūt erāt hec duo anteq̄ʒ i eis iſta mala oriren̄t. niſi bonū opus dei ⁊ bona atq̄ laudāda natura. Ecce ergo ex bono oritur malum nec fuit omnino vnd̄ oriri poſſet. nec ex bono ipam dico voluntatem malā quā nullum malū pceſſit nō opa mala que non ſunt niſi ex voluntate mala tanq̄ʒ ex arbore mala. Nec ideo tanq̄ʒ ex bono potuit oriri volūtas mala quia bonū factum ē a bono deo. ſed q̄a de nihilo factū ē nō de deo. ¶ Iero. Queram᷒ aūt ab hereticis q̄ duas in ſe ɔtrarias dicūt eſſe naturas. ſi iuxta intelligentiam eorum arbor bona malos fructus facē nūquā poteſt. quō moyſes arbor bona peccauit ad aquā ɔtradictionis Petrus q̄ꝫ in paſſione dn̄m negauerit dicens. neſcio hoiem. Aut qua ɔſequentia ſocer moyſi arbor mala qui ī deū iſrael nō credebat. dedit ɔſilium bonū ¶ Criſ. i omel. Quia vo putare nō iuſſerat falſos ꝓphetas. ideo terret eos ſcḋm penam que ē a deo dicens. Omis arbor que non facit fructum bonum excidet̄. ⁊ ī ignē mittet̄ quibꝫ vbis ⁊ iudeos inſinuare videt̄. Ideoq̄ꝫ vborum iohānis baptiſte meminit p eadem vba penam eis ſubſcribens Etenim ⁊ ille hoc dixit ad iudeos ſecurim ⁊ arborem incīſam ⁊ ignē inextinguibilem ɔmemorans Siqs aūt diligēter inueſtigabit. due pene ſunt ⁊ excidi ⁊ cōburi. Qui em̄ cōburit̄ a regno excidit̄ omnino. que pena diffilior ē Multi aūt gehennā ſolū abhorrent. Ego aūt caſū illius glorie mltō amariorē penā gehēnam eſſe dico. Quid em̄ puū vel mag᷒ malū nō ſuſcipet pr̄ vt videat ⁊ patiat̄ dilectiſſimo filio hoc itaq̄ʒ in gl'ia illa putemus. Non em̄ aliqs filius ita ſuauis ē ſi vt illorum bonorum requies ⁊ diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o In tolerabilis quidem pena eſt ⁊ gehenna. Sed ſiqs decem mille ponat gehēnas. nihil tale dicit. qual' e a beata gl'a illa excidere ⁊ odio haberi a xp̄o ¶ Gloſa Ex premiſſa aūt ſimilitudīe ɔcludit qd̄ ſupra dixerat quaſi manifeſtū dicens. igit̄ ex fructibꝫ eorum cognoſcetis eos.

¶ Non omnis q̄ dicit michi dn̄e domine intrabit in regnū celorum. Sed q̄ facit volūtatē patris mei qui in celis eſt ipe intrabit in regnu celorum. Multi dicēt mihi in illa die dn̄e dn̄e. nōne in nomine tuo ꝓphetauim᷒ ⁊ in nomine tuo demōia eiicimus ⁊ in nomine tuo vtutes multas fecim᷒. Et tūc cōfitebor illis q̄a nūq̄ꝫ noui uos Diſcedite a me q̄ operamini iniquitatem

¶ Iero. Sicut ſupra dixerat eos. Qui hn̄t veſtem bone vite non recipiendos propter dogmatum nequiciam. ita nūc econtrario aſſerit. nec hiis quidem accomodandam fidem. qui cum polleant integritate doctrine. malis opibꝫ deſtruūt. vtrūq̄ꝫ em̄ dei ſeruis neceſſarium eſt vt ⁊ opus ſermone. Et ſermo opibꝫ cōprobetur Et ideo dicit nō oīs qui dicit mihi dn̄e domine. intrabit in regnum celorum. ¶ Criſ. i omel. Ubi iudeos maxime tangere vide(t) ... dogmatibus oīa ponētes. Vn̄ ⁊ paulus eos incuſat dicens Si autē tu iudeus cognominaris ⁊ requieſcis ī lege ¶ Criſ. ſup mathū. Vel aliter. qm̄ falſos ꝓphetas ⁊ veros ex fructibꝫ eorum docuit diſcernēdos. hic iam manifeſtius docet qui ſunt fructus quibus diſcernūt̄ probi doctores ⁊ reprobi ¶ Aug᷒. de ſer. do. in monte Cauendum em̄ ē in ipo xp̄i noīe ab hereticis vel quibuſlibet male intelligentibꝫ. ⁊ ſeculi hui᷒ amatoribꝫ ne decipiamur Et ideo dicit Nō oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e. Sed merito poteſt mouere quō huic ſententie ɔueniat illud apli Nemo pt̄ dicere dn̄m ihm̄ niſi in ſpūſancto Nō em̄ poſſumus dicere illos qui non intrant ī regnum celorum hr̄e ſpm̄ſanctum. Sed aplus proprie poſuit hoc vbū. dicit. vt ſignificet voluntatem atq̄ꝫ intellectū dicentis. Ille em̄ ꝓprie dicit. qui voluntatem ac mentem ſuam ſono vocis enūciat. dn̄s aūt generaliter hic poſuit verbū dicēdi. videt̄ em̄ ⁊ ille dicere qui nec vult nec ītelligit qd̄ dic̄ ¶ Iero. Moris ē em̄ ſcripturarum dicta pro factis accipere. quē ſenſū dicit apoſtolus Confitent̄ ſcire deū factis aūt negāt ¶ Amb. Oīne etiā verum a quocūq̄ꝫ dicatur a ſpūſancto ē ¶ Aug᷒. de ſer. do. in mō. Nō ergo pertinem᷒ ad illos fructus de quibꝫ ſup̄ dixerat. ſi quis dn̄o noſtro dicat dn̄e domine. ⁊ ex eo nobis arbor bona videat̄. Sʒ illi ſunt fructus facē voluntatē dei vnd̄ ſeq̄t̄ Sed q̄ fa. vo. p. m. q̄ i cel' ē ipe intra. i re. ¶ Hyl. Celeſtis em̄ regni iter obedientia voluntatis dei. nō nuncupatio reptura ē ¶ Criſ. ſup math. Que aūt ē volūtas dei ipe dn̄s docet Hoc ē em̄ voluntas ei᷒ q̄ miſit me. vt oīs q̄ uidet filiū ⁊ credit in eū hēat vitam etnā. credulitas aūt vbū ⁊ ad ɔfeſſionē reſpicit ⁊ ad actū. q̄ ergo non cōhortur nec ɔuerſat̄ ſcḋm verbum xp̄i. nō intrabit ī regnū celorum

¶ Criſ·i omel· Non aūt dixit qui facit voluntatem
meam ſed pr̄is· qm̄ interim conueniēs erat prius h̄
ſuſcipi ad imbecillitatē eoꝝ· ſ; ꝛ p hoc illud occulte i
ſinuauit· non ē em̄ alia voluntas filij q̄ȝ que ē pr̄is
¶ Aug· de ſer· do· in monte· Illud aūt ad rem ptinz
ne decipiamur· nō ſolū nomini xp̄i p eos qui nomē
habent· ꝛ facta nō agunt· ſed etiam quibuſdā factis
atq; miraculis· qualia propter infideles cum fecerit
dn̄s· monuit tamē ne talibus decipiamur· arbitrantes
tes ibi eſſe inuiſibilem ſapiētiam· vbi miraculum vi
ſibile videmus Unde adiungit ꝛ dicit· Multi dicent
mihi in illa die· ¶ Criſ·i omel· Vides qualiter latē
ter iam ſeipm̄ introducit· Quia em̄ omnē cōpleuit
ſermonē· monſtrat ſeipm̄ iudicem eſſe· qd̄ enim pena
expectat eos qui peccant· iam ante monſtrauit· quis
aūt ē qui puniet· hoc iam reuelat dicēs Multi dicēt
mihi in illa die ¶ Criſ· ſup math· Quādo ſcilicet ve
nerit in maieſtate pr̄is ſui· qn̄ iā nemo auſus ē gar
rula contentione ſermonū aut mendacium defendere
aut contradicere veritati· quādo opa ſingulorum lo
quētur· ꝛ ora tacebunt· nec aliter pro altero inter
ueniet· ſ; ſinguli ibi timebunt· In illo em̄ iudicio non
erunt teſtes adulatores homines· ſ; angeli veraces
Iudex aūt dn̄s iuſtus· vnde proprie timentium ho
minū ꝛ anguſtias patientiū vocem expreſſit dicēs
domine dn̄e· Non em̄ ſemel ſufficit illi dicere domine
quē neceſſitas timoris aſtringit· ¶ Hylarius Glo
riam aūt ſibi ex verbi virtute pſumūt in doctrine
ꝑphetia· ꝛ demonioꝝ fuga ꝛ opeꝝ virtutibus· atq;
hinc ſibi regnum celoꝝ pollicenē dicentes· Nōne
i nomine tuo ꝑphetauim⁹ ¶ Criſ· in omel· Sed ſūt
quidam· qui dicunt qm̄ mentientes hij hoc dixerūt
ideo ſaluati non ſunt· ſ; non auderent iudice pn̄te ad
ipſum hoc dicere· Sed ꝛ ipſa reſponſio ꝛ interroga
tio oſtendit eos talia feciſſe Quia e n̄ hic mirabiles
erant apud omnes miracula faciētes· illic autem vi
dent ſeipſos puniri admirantes dicunt· Domine
nonne in nomine tuo Quidam aūt dicunt quoniam
non i tempe· In quo hec miracula faciebant· iniqua
agebant· ſed poſtea· ſed ſi hoc erit rurſus quod dn̄s
volebat monſtrare· non conſtat ꝙ ſcilicet neq; fides
neq; miracula valent bona vita non exiſtente· quod
ꝛ paulus dicit· ſi habuero fidem vt mōtes trāſferā
caritatē aūt nō habuero nihil ſū ¶ Criſ· ſr̄ ma· Sz
conſidera quia i nomie dicunt nō in ſpiritu· ꝑphetāt
em̄ i nomine xp̄i· ſ; i ſpiritu dyaboli· quales ſunt di
uinatores Sed ſic diſcernūtur qm̄ dyabolus inter
dum falſa dicit· ſpūſſanctus nūq̄ȝ Conceſſum ē autē
ꝛ dyabolo interdum vera dicere· vt mendacium ſuū
rara veritate cōmendet· Demonia aūt eijciunt in no
mine xp̄i habentes ſpm̄ inimici· Magis aūt non eij
ciunt· ſ; eijcere videntur colludentib; ſibi demonibus
faciunt ꝛ virtutes· i· miracula n̄ vtilia ꝛ neceſſaria
ſ; inutilia ꝛ vacua· ¶ Aug· de ſermo· do· Regnum n·
quāta fecerint reſiſtentes Moyſi magi egiptiorum·
¶ Iero· Uel aliter ꝑphetare vel virtutes facere ꝛ
demonia eijcere· etiam diuina virtute interdum non
eſt eius meriti qui opatur· Sed vel inuocatio noīs
xp̄i hoc agit· vel ob ꝯdēnationē eoꝝ q̄ inuocat· aut
vtilitatem eoꝝ qui vident ꝛ audiunt conceditē· vt li
cet homines deſpiciant ſigna facientes· tamen deū hō
norant ad cui⁹ inuocationē fiunt tanta miracula Nā
ꝛ Saul ꝛ Balaam ꝛ Caiphas ꝑphetauerunt· Et i
actibus apl̄oꝝ filij ſene videbant̄ eijcere demonia ꝛ
Iudas apl̄s cum animo proditoris multa ſigna iter
ceteros apoſtolos feciſſe narratur· ¶ Criſ· in omel·
Quia em̄ nō omnes ad omnia apte ſe habebant· ſed
hij quidem erant vite pure· fidem aūt non tantam
habebant hij autem contrarium Ideo deus illos per
hoc conuertebat· vt multā oſtēderet fidem· hos aūt
p hoc ineffabile ſignoꝝ donum vt fierent meliores
euocabat· Unde ꝛ cum multa copia hanc grām eis
dabat Dicūt em̄ virtutes multas feciſſe Sed q̄a
circa eum qui eos ita honorauit· ingrati facti ſunt·
recte ſequit̄ Tunc confitebor illis quia nunq̄ȝ noui
vos ¶ Iero· Signanē dicit· Tūc ꝯfitebor· q̄a multo
tempe ante dicere diſſimulauerat· ¶ Criſ· Tradei
enim iram grandis dilatio p̄cedere debet que iuſti⁹
facit dei eſſe iudicium· ꝛ digniorem interitum pecca
torum Sciendum aūt ꝙ peccatores neſcit deus· q̄a
non digni ſunt vt cognoſcant̄ a deo· non q̄a omnino
ipſos non cognoſcat· ſed quia ſuos eſſe illos non
cognoſcit· deus enim naturaliter omnes cognoſcit
Sed uidetur eos non cognoſcere quia eos non dil
ligit· ſicut etiam nō videnē deum ꝯgnoſcere qui nō
colunt eum digne ¶ Criſ· in omel· Dicit autem eis
nūquā noui vos· quaſi non ſolum in tempe iudicij ſ;
neq; tunc cū miracula faciebatis Multos em̄ ꝛ hic
iam odio habet· ꝛ ante punitionem auertit ¶ Iero·
Obſerua etiam hoc ꝙ dicit nūq̄ȝ noui vos eſſe contra
quoſdam dicentes ꝙ omnes homies ſemp cōuerſati
ſunt inter rationabiles creaturas ¶ Greg· xx· mora·
Hac aūt ſententia datur intelligi ꝙ i hominibus cari
tas· humilitas· nō autem debent virtutū ſigna ve
nerari· Unde nūc ſancta eccleſia· Etiam ſi qua ſunt
hereticoꝝ miracula· deſpicit· q̄a hec ſanctitatis ſpēz
nō eſſe cognoſcit Probatio quidem ſanctitatis non ē
ſigna facere ſ; pximū vt ſe diligere De deo vera de
pximo meliora q̄ȝ de ſeipſo ſentire ¶ Aug⁹· contra
aduerſarium legis ꝛ prophetaꝝ Abſit autem vt ſe
cundum Manicheos iſta de ꝑphetis ſanctis dn̄s di
xerit· ſed dictum ē de hijs qui poſterius euangelium
predicatum in eius nomie ſibi loqui videnē· neſcien
tes quid loquātur ¶ Hylari⁹ Sic aūt ꝑ potentie glo
riati ſunt· quaſi aliquid ꝑprium ſit que loquunē· aut
faciūt· ꝛ nō omnia virtus dei inuocata pſtat· cui⁹
doctrine ſcientiā lectio afferat demonioꝝ fugaz xp̄i
nomē exagitet· De noſtro igitur ē beata illa eterni
tas promerenda preſtandum que eſt aliquid ex ꝑpo
bonum velimus· malū omne vitemus· agamuſq; po
ti⁹ qd̄ vult q̄ȝ qd̄ poteſt glorietur Repudiās igit̄
eos ac repellens ꝑpter opa iniq̄tatis dicit Diſcedite
a me qui opamini iniquitatem ¶ Iero· nō dixit· qui
opati eſtis iniquitatē· ne videret̄ tollere penitentiā
ſed qui opamini· i· qui vſq; in preſentem horam cuz
iudicij temp⁹ aduenerit licet nō habeatis facultatē
peccandi tn̄ adhuc habetis affectuz ¶ Criſ· ſr̄ mat·
Nā mors quidē, animā a carne ſepat anime aūt pro
poſitum non immutat·

Omnis ergo q̄ audit
v̄ba mea hec ⁊ facit
ea aſſimulabit̄ uiro ſa
pīeti q̄ edificauit do-
mū ſuā ſupra petram
⁊ deſcendit pluuia. ⁊
uener̄t flumina ⁊ fla
uerūt uēti ⁊ irruerūt
in domū illā ⁊ nō ceci
dit fūdata enim erat
ſupra petrā. Et om
nis q̄ audit v̄ba mea
hec ⁊ nō facit ea. ſimi
lis erit uiro ſtulto q̄
edificauit domuꝫ ſuā
ſup arenā. ⁊ deſcēdit
pluuia ⁊ uener̄t fluī
na ⁊ flauerūt uēti ⁊
irruerūt in domū illā
Et cecidit ⁊ fuit rui
na eius magna

¶ Criſ. i omel. Quo
niā quidā futuri erāt
que dicta ſūt a dn̄o ad
mirantes. oſtenſionem
aūt que eſt ꝑ opa non
exhibentes preueniēs
t̄ret eos dicēs oīs q̄
qui audit verba mea
hec. ⁊ facit ea Aſſimu
labit̄ viro ſapienti.
Criſ. ſr̄ ma. n̄ aīt dixᵗ
eſtimabo eum qui au
dit ⁊ facit virum ſapi
entem. ſꝫ aſſimulabit̄
viro ſapienti. Ergo q̄
ſimulat̄ homo ē. cui aſ
ſimulat̄ xp̄o. xp̄us
aūt ē ſapiens vir qui
edificauit domū ſuam
id ē eccleſiam ſupra pe
tram id ē ſupra forti
tudinē fidei Vir auteꝫ
ſtultus .i. diabolus qui
edificauit domū ſuam
.i. oīs impios. ſupra
arenam .i. inconſtātiaꝫ
infidelitatis. aut ſuper
carnales homines qui dicūt̄ arena ꝓpter ſterilitatē
et quia non coherēt ſibi. ſed ſūt ꝑ diuerſas opinio-
nes diſperſi. ⁊ quia ſūt innumerabiles. pluuia autē
eſt doctrina que irrigat hominē. nubes autem a qui
bus pluuia fluit. quidā a ſpiritu ſancto excitantur
ſicut apoſtoli ⁊ prophete. et quidā a ſpiritu dyaboli
ſicut ſunt heretici. Vēti aūt boni. ſūt ſpiritus diuer
ſarum virtutū vel angeli qui inuiſibiliter in ſenſib᷒
hoīm operantur. ⁊ adducūt ad bona Venti aūt mali
ſunt ſpiritus immūdi Flumina aūt bona ſunt Euā
geliſte ⁊ doctores populi. flumina mala homines ī
mundo ſpiritu pleni ⁊ verboſitate īſtructi ſicut pha
riſei ⁊ ceti ſecularis ſciencie ꝓfeſſores de quorum
ventre exeunt fluīa aque mortue Eccleſiam ergo
quam xp̄s fundauit neq; pluuia mēdacis doctrine
corrumpit. neq; diabolicus flatus īpellit neq; violē
toꝝ fluminū impetus mouet. Nec eſt contrarium q̄
quidā de eccleſia cadunt. Non eīm omnes qui xp̄iāi
dicunt̄ xp̄i ſunt ſꝫ nouit dn̄s qui ſunt eius Sed con
tra domū quā edificauit diabolus. deſcendit pluuia
vere doctrine vēti .i. ſpirit ales gr̄e. aut angeli flu
mina quatuor euāgeliſte ⁊ ceteri ſapientes. ⁊ ſic ce-
cidit domus. id ē gentilitas vt ſurgeret xp̄s. ⁊ facta
ē eius ruina magna. ſolutis erroribus. cōuictis mē
dacijs. ⁊ idolis in toto mundo deſtructis. xp̄o ergo
ſimilis eſt qui audit v̄ba xp̄i ⁊ facit ea. Ipſe eīm edi
ficat ſupra petram id eſt xp̄m. q̄ ē oīe bonum ut in
q̄cūq; ſpecie boni. aliq̄s edificauerit ſupra xp̄m edifi
caſſe videt̄ Sicut aūt eccleſia edificata a xp̄o diru
nō poteſt. ſic taleꝫ xp̄ianū qui ſe edificauit ſup xp̄m
nulla aduerſitas deijcere poteſt ſm illud. q̄s nos ſep
abit a caritate xp̄i. Diabolo aūt ē ſilis q̄ audit v̄ba
xp̄i ⁊ non facit Verba eīm que audiunt̄ ⁊ nō fiunt
ſeparata ſunt ⁊ diſperſa. ⁊ ido aſſimulant̄ arene. ar
na etiā ē oīs malicia. vel etiā mundialia bona. ſicut
aūt dom᷒ diaboli deſtructa ē. ⁊ ita teles ſup arenā
fundati deſtruūtur ⁊ cadunt. ⁊ eſt ruina magna. ſi
de fundamento fidei aliquid ruine fuerit paſſus.
Non aūt ſi fornicatus fuerit. aut homicidiū fecerit
quia hꝫ vnde ꝑ penitentiā ſurgat. ſicut ⁊ dauid.
¶ Raba. Vel ruina magna intelligenda ē. qua dice
rus ē dn̄s audientib᷒. ⁊ nō facientib᷒ Ite in ignē eter
num ¶ Iero. Vel aliter. ſup arenā que fluida ē ⁊ ī
vnam copulam nō poteſt redigi oīs hereticoꝝ ſmo
edificat̄ vt corruat. ¶ Hyla. Vel aliter. in pluuiis
blandaꝝ ⁊ ſenſim illabentiū uolupcatum illecebras
ſignificat. quib᷒ primū fides rīmis patentib᷒ imadeſcit
poſt quos fluuioꝝ procurſus id ē grauioꝝ cupi
ditatum motus incurrit. vt exinde tota ventoꝝ vn
circūflantium deſeuiat id eſt vniuerſus diabolice po
teſtatis ſpūs inferat̄ ¶ Aug. d. ſ. d. vl̄ aliter. pluuia cū
ī mali alicuius ſignificatiōe ponit̄. caligiñoſa ſuꝑſti
cio intelligit. Rumores aūt hoīm venti comparant̄
fluuius aūt carnalib᷒ ꝯcupiſcētijs tanq̄ fluentibus
ſup t̄rā ⁊ q̄ ꝓſperitatib᷒ inducit̄ aduerſitatib᷒ frangit̄. ſꝫ
nihil metuit qui fundata habet domū ſup petrā. i. e.
qui nonſolum audit p̄ceptum dn̄i. ſꝫ etiam facit. Et
in his oīb᷒ piculoſe ſubijcit. qui audit ⁊ non facit
Non enim quiſq; firmat in ſe que dn̄s precepit vel
ipſe audit niſi faciendo Cōſiderandum aūt ē. qua ſi
dixit. qui audit verba mea hec. ſatis ſignificat hunc
ſermonē. oībus xp̄iana vita format̄ eſſe pfectum.
vt merito qui ſm ea viuere voluerint. comparētur
edificanti ſupra petram.

Et factū ē cū cōſumaſ-
ſet ihs̄ v̄ba hec adm
rabant̄ t̄be ſup doctri
na ei᷒. Erat enim do
cēs eos ſic̄ poteſtateꝫ
hn̄s ⁊ nō ſic̄ ſcribe eo-
rum ⁊ phariſei.

¶ Glo. poſita doctri
na xp̄i effectum docti
ne ipſius in turbis oſte
dit. dicens Et factū
ē cum ꝯſummaſſet ihs̄
ſus verba hec admira
bātur turbe ſuper do
ctrina eius ¶ Raba.
Cōſūmatio hec ad ꝑfectionem verboꝝ ⁊ i
tegritateꝫ dogmatis ꝑtinet. Qꝫ aūt dicit̄ turbas ad
mirari. aut infideles ī t̄ba ſignificat. q̄ ob h̄ ſtupebāt
quia non credebant verbis ſaluatoris. aut omnes
generaliter demonſtrat. qui excellentiam tante ſapi
entie ī eo venerabant̄ ¶ Criſ. ſup matheum Placa
tus rationabiliter hoīs intellect᷒ laudem gr̄iar vidēt
aūt admiratione. Quicq̄d eīm digne laudare n̄ poſ
ſum᷒ admiramur. admiratio tn̄ eoꝝ magis ad glo
riā xp̄i ꝑtinebat q̄ꝫ ad fidem ipoꝝ. ſi n. crederent in
xp̄m nō mirarent̄. illud n. mouet admiratione quod
ſupat facientis aut dicentis ꝑſonā. ⁊ ido q̄d a deo fit
aut dictū ē. nō admiramur. quia oīa minora ſūt q̄ eius
potentia turbe aūt erāt que mirabant̄ .i. ꝑſus vul
garis nō principes populi qui nō diſcēdi ſtudio au
dire ſolebāt. ꝓpſus aūt ſimplex ſimpl̄r audiebāt. ſꝫ
eorum ſilentium ſi illi interfuiſſet ſuis contradictōib᷒
conturbaſſent. Vbi eīm eſt maior ſcientia. illic fortior
malicia q̄ eīm feſtinat eē prior. n̄ ē ꝯtent᷒ eē ſecūd᷒.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Orige. Vel mittit ad ſacerdotes vt cognoſcant.
quia non p legis conſuetudinē mundatus ē. ſȝ per
grē opationem. ¶ Iero. Erat aūt in lege pceptū
vt qui mundati fuerint lepra. offerrent munera ſa
cerdotibus. Vnde ſequit. Et offer mun⁹ tuū. quod
precepit moyſes in teſti. illis. ¶ Cris. Non ſic itel
lige quia hoc moyſes pcepit i teſti. ilř ſȝ vade tu of
fer i teſti. illis ¶ Cris in omel. Preuidens eīn xp̄s
eos ex hoc nihil profecturos nō dixit i emēdatōȝ
eorum. ſȝ i teſtimoniū id eſt i accuſationē & atteſta
tionem. q̄ſi que a me erāt fienda. omnia facta ſunt.
Et licet eos preuiderim nō emendari. non tamē di
miſi que facere oportebat. Illi autem in ꝓpria man
ſerunt malicia. Non aūt dixit munus qd ego iubeo
ſed qd moyſes iuſſit vt interim trāſmittat ad legē
& iniquoꝝ obſtruat ora. vt eīn nō dicāt. q̄ſi ſacerdo
tum gloriam rapuit. opus quidem ipſe impleuit ꝓ
bationem aūt illis conceſſit ¶ Orige. Vel offer mu
nus tuū. vt omnes qui vident te portare. miraculo
credant ¶ Cris. ſup mathm. Vel ideo iubet offerri
munera vt ſi poſtmodum eum expellere vellent. di
ceret eis. munera quaſi a mūdato accepiſtis. & quō
me quaſi leproſum expellitis ¶ Hylarius Vel legē
dum ē ꝙ moyſes precepit in teſtimoniū illis. q̄a qd
moyſes in lege precepit. teſtimoniū eſt non effectus
¶ Beda i omelia. Si quē autē moueat quomodo
dominus videatur moyſi ſacrificium approbare id
eccleſia nō recipiat. meminerit ꝙ nondum xp̄s cor
pus ſuū obtulerat per paſſionē i holocauſtum. nō
aūt oportebat auferri ſignificantia ſacrificia pri⁹ q̄ȝ
illud qd ſignificabatur confirmatum eſſet teſtimo
nio apoſtoloꝝ predicantiū & fide credentium popu
lorum Vir aūt iſte genus humanū deſignat. qui nō
ſolum leproſus. verumetiam iuxta euāgelium luce
plenus lepra fuiſſe deſcribitur Omnes eīn peccaue
runt & egēt gloria dei. illa ſcilicet vt extenta manu
ſaluatoris hoc ē incarnato dei vbo humanāq; origēte
naturā ab errore p̄ſci vāitate ab varietate mūdenē
Et qui diutius abominabiles & a caſtris populi dei
eiecti. iam aliqñ templo redditi & ſacerdoti queāt of
ferre corpora ſua hoſtiam viuentem. illi ſcilicet cui
dicitur. tu es ſacerdos ineternum ¶ Remigi⁹ Mo
raliter aūt per leproſum deſignatur peccator. Nam
peccatum imūdam & variā animā facit qui aūt xp̄m
procidit q̄ñ de priſtinis peccatis cōfūdit Et tamen
debet cōfiteri & remedium penitencie poſtulare. Nā
leproſus vulnus oſtēdit & remedium poſtulauit. ex
tendit aūt dominus manū. q̄ñ auxilium diuine miſe
rationis impendit & ſtatim conſequitur remiſſiōem
delictorum. nec debet eccleſie recōciliari niſi iudicio
ſacerdotis.

Cum aūt introiſſet
capharnaum acceſſit
ad eū cēturio rogās
eū & dicēs Dn̄e puer
meus iacet in domo
palitic⁹ & male torq̄ē

Et ait illi iheſ⁹ Ego
veniam & curabo eum
Et reſpondens centu
rio ait illi Domine nō
ſum dignus vt intres
ſub tectum meum ſed
tantum dic verbo & ſa
nabitur puer meus.
Nam & ego homo ſuȝ
ſub poteſtate cōſtitu
tus habens ſub me mi
lites & dico huic uade
& vadit & alio veni &
venit & ſeruo meo fac
hoc & facit.

¶ Cris. ſup mathm.
Poſt q̄ȝ domin⁹ diſci
pulos docuit in mōte
leproſum autem ſana
uit ſub monte venit ca
pharnaum in miſterio
quia poſt iudeorū mū
dationem venit ad gē
tes ¶ Remig. caphā
naum enim que villa
pinguedinis interpre
tatur. ſiue ager ſolu
tionis eccleſiā que ex
gentibus eſt collecta
ſignificat que ſpiritali
pinguedine ē repleta
ſm illud Sicut adipe
& pinguedine repleat̄
anima mea. Et inē p̄ſ
ſuras ſeculi de celeſti
bus conſolatur ſm i⁹
conſolationes tue leti
ficauerunt animā meā
Vnde dicitur Cum aūt
intro iſſet capharnauȝ
acceſſit ad eū cēturio
¶ Aug⁹. de verbis
dn̄i Iſte centurio de
gentibus erat. Iam eīn de iudea gens habebat mili
tem romani imperij. ¶ Cris. ſr̄ math. Centurio aūt
iſte primus fructus ex gentibus ē ad cuius fidei cō
parationem oīm iudeoꝝ fides infidelitas eſt inuenta
qui neq; xp̄m audiuit docentem. neq; leproſum cum
mundaret̄ aſpexit. ſed audita tantūmodo ſ. meta le
proſi. plus credidit q̄ȝ audiuit. Erat eīn in miſterio
gentium futurarum. que neq; legem aut ꝓphetas le
gerant de xp̄o neq; ipm xp̄m mirabilia facientem vi
derunt Acceſſit ergo rogans eum & dicēs. Domie
puer meus iacet in domo paliticus & male torquet̄
Vide autem bonitatem centurionis qui pro ſalute
ſerui ſic ſollicite feſtinabat q̄ſi non damnū pecunie ſȝ
ſalutis paſſurus i morte illius. Nullam eīn differen
ciam eſtimabat inter ſeruū & dominū. quia etſi dig
nitas in hoc ſeculo diuerſa ē inter illos. vna tamen
eſt illis natura. Fidem aūt centurionis vide quia ñ
dixit veni & ſalua eū ſciēs q̄a & illic cōſtitutus i oī
loco erat preſens. ſapiētiam autem quia non dixit.
hic conſtitue⁹ ſalua eum. ſciebat eīn quia potens ē
ad faciendum. ſapiens ad intelligendum. miſericors
ad exaudiendum. Ideo infirmitatem tm̄ expoſuit re
medium aūt ſanitatis i poteſtate miſericordie eius
dimiſit dicens Et male torquet̄ In quo apparet q̄a
diligebat eum Nam vnuſquiſq; quē diligit etſi mo
dice fuerit tribulatus grauı⁹ eum putat habere q̄ȝ
habet ¶ Rabanus Omnia iſta cum dolore cognomi
nauit & iacentem & paliticum & male detentū Ideo
vt anime ſue anguſtias demonſtraret & dominū cō
moueret Sic debent omnes condolere ſeruis & eoꝝ
curam habere. ¶ Cris. in omel. Quidam aūt dicūt
quoniā excuſans ſe. in hoc cauſam dixit ꝓpter quā
ñ ipm adduxit. Neq; enim poſſibile erat diſſolutū
cum torqueretur. & ad vltimas eſſet expirationes
portari. Ego aūt ſignum hoc eſſe magne fidei dico
quia eīn ſciebat ꝙ ſola iuſſio ſufficeret ad reſtau
rationem iacentis. ſuperflue eſtimabat eum ducere
¶ Hylarius Iacentes aūt in ſeculo & peccatorum
morbis diſſolute ſpiritaliter ac iaces eſtimande ſunt.
oibus vndiq; mēbris fluidis. & ad conſiſtēdi officiū

gradiendiqꝫ corruptis. quaꝝ salutis sacramentum i
puero centurionis explet. quē satis dictū sit pricipē
esse gentium crediturarū. Quis aūt hic sit princeps
canticum moysi in Deutronomio docet. vbi scꝫ dicit.
Cōstituit termios gentiū iuxta nūeꝝ angeloꝝ dei
¶ Remig. Vel p cēturionē designant qui primi ex
gentibꝰ crediderunt ꝛ pfecti i vtutibꝰ fuerūt. Cētu
rio em̄ dr̄. q̄ cētū militibꝰ p̄est. Cētenarꝰ autē nūerꝰ
perfectus ē. Recte ergo centurio p puero suo rogat
quia primitie gentiū p salute totius gentilitatis dn̄ū
rogauerunt ¶ Jero. Videns aūt dn̄s centurionis fi
dem humilitatēq ꝛ prudentiā statim se iturū ꝛ sanatu
rū pmittit. Vnde sequit̄. Et ait illi ihesus. Ego ve
niā ꝛ curabo eū ¶ Cris. i omel. Quod nūqꝫ fecit. hic
facit ihs. vbiqꝫ em̄ sequit̄ voluntatem supplicantiū
hic aūt p̄silit ꝛ nonsolū curare pmittit sꝫ ire ad do
mū. Facit aūt hoc vt discamus centurionis virtutes.
¶ Cris. sup mat. nisi em̄ ille dixisset. veniā ꝛ cura
bo eū. nūqꝫ iste respondisset. non sū dignꝰ ꝛc. Deinde
qm̄ p seruo petebat. ideo repromisit. ut nos doceat
nō colere magnos ꝛ ptemnere modicos. sꝫ paupes
ꝛ diuites similiter honorare ¶ Jero. Sicut aūt i cē
turione cōmēdamꝰ fidem. eo q̄ credidit paliticū a sal
uatore posse sanari. ita patet humilitas in hoc q̄ se
iudicauit indignū. cuius tectū dn̄s intraret. Vn̄ se
quit̄. Et respondens centurio. ait illi. Do mīe nō sū
dignus vt intres sub tectum meū ¶ Raba. Propē
pscientiā em̄ vite gentilis. grauari se magis dignati
one putauit dn̄i qꝫ iuuari. cuius ꝛsi fide predituꝰ. nō
dum tn̄ erat sacramentis imbutus. ¶ Augꝰ. de vbis
do. Dicendo aūt se idignū. prestitit dignū nō i cuiꝰ
pietes sꝫ i cuiꝰ cor xp̄s intraret. neqꝫ hoc diceret. cū
tanta fide ꝛ humilitate. nisi illū quē timebat intrar̄
i domū suā. corde gestaret. nā ñ erat magna felicitas
si ihs intraret i parietes eius. ꝛ nō esset i pectore eiꝰ
¶ Seuerianꝰ. Mistice aūt hoc tectū corpus est. qd̄
tegit aīaꝫ. qꝫ libertatem mentis celesti visione i se cō
cludit. sed deus neqꝫ habitare carneꝫ. neqꝫ tectū nr̄i
corpis designat̄ intrare. ¶ Orige. nūc etiā qn̄ sancti
ꝛ deo acceptabiles ecclesiaꝝ antistites sub tectū tuū
intrāt. tunc ibidem p eos domiꝰ ingredit̄. ꝛ tu sic
estimes quasi dn̄m suscipiens. Et qn̄ corpus ꝛ san
guineꝫ dn̄i māducas ꝛ bibis. tunc dn̄s sub tectū tuū
ingredit̄. ꝛ tu ergo humilians teip̄m dicas. Domine
nō sum dignus. Vbi em̄ indigne ingredit̄. ibi ad iu
dicium igredit̄ accipienti. ¶ Jero. Prudentia autē
centurionis aparet i hoc. q̄ vltra corporis regimē
latentem vidit diuinitatem. Vnde subiungit. Sꝫ tm̄
dic vbo ꝛ sanabit̄ puē meus ¶ Cris. sup matheū
Sciebat em̄ qm̄ astabant illi inuisibiliter angeli mi
nistrantes. q̄ omē vbū eius uertit i opus. q̄ etsi an
geli cessant. tn̄ ifirmitates pceptis eiꝰ viuacibꝰ ex
pellunt̄ ¶ Hil. Dicit etiā cēturio pueꝝ voce posse
sanari quia salus gentium ois ex fide ē. ꝛ i preceptis
dn̄i vita ē omniū. Et ideo subiungit dicēs. Nā ꝛ
ego homo sum sub potestate pstitutꝰ hn̄s sub me mi
lites. Et dico huic vade ꝛ vadit. ꝛ alio veni ꝛ venit
ꝛ seruo meo fac ꝛ facit. Cris. sup mat. Patris ꝛ
filij misteriū spiritualiter suggerente depinxit acsi

diceret. Etsi eꝰ sū sub potestate alteriꝰ. tn̄ habeo po
testatē iubendi eis qui sub me sunt. sic ꝛ tu quāuis
sis sub potestate pr̄is scꝫ inquātum hō. habes tn̄ po
testatem iubendi angelis. Sed forte dicet Sabelliꝰ
volēs ostēdere eundem esse p̄rem qui ꝛ filius ē. sic
eē intelligendū. Si ego sub potestate constitutus
possum iubere. quātomagis tu qui sub nullius pote
state. Sed hanc expositionē nō recipit textus. Nō
enim dixit. Si ego homo sub potestate. sed dixit.
nā ꝛ ego homo sub potestate. In quo patet q̄ inter
se ꝛ xp̄m nō pparationis differentiā facit. sꝫ rōnē simi
litudinis itroduxit ¶ Aug. de ver. do. Si ego hō sub
potestate iubendi hēo potestatem. quid tu potes cui
oīm seruiūt potestates ¶ Glo. Potes p angelorum
misteria sine corpꝰis presentia dicere infirmitati vt
recedat ꝛ recedet. ꝛ sanitati vt veniat ꝛ veniet.
¶ Aimo. Possunt aūt p subiectos centurionis vir
tutes naturales intelligi. i qbus plimi gentiliū polle
bant. Vel etiā cogitationes bone aut male. Quibus
aūt dicamus vt recedant ꝛ recedent. sꝫ bonas voca
mus ꝛ veniunt. seruo q̄ nr̄o hō ē corpꝰ. vt subiaceat
voluntati diuine ¶ Aug. de con. euan. Hic aūt q̄
hic vꝛ videt̄ rpugnare qd̄ ait lucas. Cū audisset cē
turio de ihu. misit ad eum seniores iudeoꝝ rogans
eum vt veniret ꝛ saluaret seruū eius. Et iterū q̄
longe esset a domo. misit ad eum centurio amicos di
cens. Dn̄e noli vexari. nō em̄ sū dignus vt sub tectū
meū intres ¶ Cris. i ome. Quidā aūt dicūt qm̄ nō
ē idem ille ꝛ hic. qꝫ multas coiecturas hꝫ. De illo
em̄ ait. qm̄ synagogam nr̄am pstruxit ꝛ gentem di
ligit. De isto aūt ipse ihesus ait. neqꝫ i israel tātā fidē
iueni. Vnde videt̄ iudeum illum esse. Mihi autem vi
detur idem hic ꝛ ille esse. Sed quando lucas dicit
q̄ misit vt veniat. blanditias iudeoꝝ insinuat. Cō
uenies enim est credere centurionē volentem abire
prohibitum esse a iudeis blandientibus ꝛ dicentibus
quoniam nos abimus ꝛ educimus eū. Sed quando
ab eoꝝ immentia eruptus est. tunc misit dicens. ne
estimes quod propter desidiam nō veni. sed quia me
indignum estimaui vt te in domum meam susciperē.
Quod autem Matheus ait. non per amicos. sed per
seipsum hoc eum dixisse nihil contrarium est. Vterqꝫ
enim desiderium viri representauit. Et quoniam de
christo decentem opinionem habebat. conueniens aūt
est opinari ꝛ ipsum postqꝫ misit amicos aduenientē
per se hec dicere. Si autem hoc non dixit lucas.
neqꝫ illud mathe. non sibi contradicunt. sed complēt
que abinuicē derelinquebant ¶ Augꝰ. de cōsen. euā
gelistarum. Matheus ergo accessum centurionis ad
dominum per alios factum compendio dicere voluit
quia fidem eius qua vere ad deum acceditur lauda
uit vt diceret. Nō iueni tātā fidem in isrl̄. lucas
aūt iō totū qd̄ gestū est aperuit. ut ex hoc intelligere
cogeremur. qualiter eum accessisse dixerit mathꝰ
qui mentiri non potuit ¶ Cris. in omelia. neqꝫ em̄
est contrarium q̄ fabricauit sinagogam scd̄m lucam
ꝛ q̄ hic ostenditur non esse israelita. Possibile enī
est iudeum non existentem ꝛ synagogam fabricasse
ꝛ gentem diligere.

¶ Aug. de con. euan. Ex eo autē q̄d hic dr̄ poteſt videri diſcipulorum turbaꝫ dixiſſe. ex quibus illos xij. elegerat in monte plurībus. quos apoſtolos nominauit. q̄d Matheus hic pretermiſit Solis enim diſcipulis ī monte videt̄ ih̄s hunc habuiſſe ſermonē quē matheus interpoſuit. ⁊ lucas tacet Et deīn cuꝫ deſcendiſſet ī loco campeſtri habuiſſe alterum ſimilē de quo Matheus tacet lucas nō tacet Quāq̄ȝ etiā illud poſſit occurrere ꝙ ſicut ſupra dictum eſt apl'is ceteriſq̄ꝫ ēbis pn̄tib' vnū huiſſe ſmōꝫ quē math' lucaſq̄ꝫ narrarūt diuiſo narrāda mō ſꝫ eadē v'itate ſententiaꝝ. Et ſic planum ē q̄d hic dicit̄ de ammiratōe turbe ¶ Criſ. ī omelia Cauſaꝫ autem ammirationis ſubdit dicens. Erat eñ docens eos ſicut poteſtatē habens ⁊ non ſicut ſcribe eorū ⁊ phariſei. Si autem hanc poteſtatem videntes p opa ſcribe eum a ſe abigebant. vbi ſola verba erant poteſtatem manifeſtā cia qualiter ſcandalizati nō fuiſſent ſed turbe hoc ñ paſſe ſunt. Cum enim anima beniuola fuerit. facile pſuadetur a ſermonib' veritatis Erat autem poteſtas docentis vt multos eoꝝ caperet. ⁊ in ammiratōꝫ mitteret. ita ꝙ ꝑpter delectationē eoꝝ que dicta erāt neq̄ꝫ tacentem dimittebant. Vnde ⁊ ſecute ſunt eum deſcendentem de monte. Stupebant aūt ei' maxime poteſtatem. quia non ad alium referens vt ꝓphete ⁊ moyſes dixerunt. que dix. ſed vbiq̄ꝫ oſtendit ſe eū eſſe. qui habet dñium. etenī legem ferēs cōtinue apponebat. Ego autem dico vobis ¶ Iero. Quia q. dñs ⁊ deus ipſius moyſi ꝑ libertate voluntatis ſue vel ea que minus videbantur addebat ī lege vel cōmutans predicabat in populo. vt ſupra legimus. dictum eſt antiquis. ego aūt dico vobis. Scribe autem ea tantum docebant que ſcripta ſunt in Moyſe ⁊ ꝓphetis ¶ Greg. xxiij. mora. Vt ſingulariter xp̄s ex bona poteſtate locut' eſt. q̄a ex infirmitate mala nulla cōmiſit Nos autem quia infirmi ſumus ex ꝓpria infirmitate penſemus quo docendi ordine infirmis fratrib' conſulam' ¶ Hylarius. Vel ī verboꝝ virtutibus effectum poteſtatis metiebant̄ ¶ Aug. de ſer. do. Hoc eſt eñ q̄d in pſalmo ſignificat̄. fiducialiter agam in eo. Eloquia dñi eloquia caſta. argentum igne examinatum. terre probatum ſeptuplum propter quē numeꝝ admonit' ſum oīa iſta p̄cepta ad ſeptem illas referre ſentencias. quas in principio ſermonis huius poſuit ſcilicet de beatitudibus. q̄d eñ aliquis fratri iraſcat̄ ſine cauſa vel racha dicat vel fatuū eum appellet. ſupbiſſime admitti̅t̄ contra q̄d ē vnum remedium. vt ſuppl ci animo veniaꝫ deprecetur. qui non iactatur ſpū iflet̄ Beati g' pauperes ſpū quoniam ipſoꝝ ē regnum celoꝝ. Conſentit autem aduerſario. i. verbo dei reuerenciam exhibendo quiſquis ad teſtamētū pr̄is operiendum. nō litibus acerb' ſed pietate mitis acceſſerit. Beati g' mites. quoniam ipſi hereditate poſſ debunt terram. quiſq̄ꝫ etiam carnalem delectationē contra rectam voluntatem ſuam rebellare ſentit exclamet. Infelix ego homo quis me liberabit de morte corpis hui' ⁊ ita lugendo imploret conſolationis auxilium. Vnd beati qui lugent. qm̄ ipſi conſolabunt̄. Quid autem laborioſius cogitari poteſt q̄ȝ vt viciosā cōſuetudie ſupāda predd'ime intra ſe mēbra impediēdā rē ſgnum celoꝝ. nec doloꝛe frangat̄. toleret ī coniugali fide omnia que quātis ſint moleſtiſſima. crimen tamē fornicationis non habent. verū loquat̄ q̄d non ī rationibus crebris. ſed moꝝ probitate cōmendet. Sed quis tantos labores inire audeat niſi flagret amoꝛ iuſticie. quaſi fame ac ſiti vehementi accent'. Beati ergo q̄ eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā qm̄ ipſi ſaturabūt̄. Quis aūt poteſt paratus eſſe ab infirmis iniurias ſuſtinere. petenti a ſe tribuere. diligere inimicos benefacere hijs q̄ ſe oderunt. orare pro pſequētibus. niſi pfecte miſericors. Beati ergo miſericordes. quoniā ipſi miſericordiam cōſequent̄. mūduꝫ aūt cordis oculum habet qui finem bonoꝝ operū ſuoꝝ non in eo cōſtituit vt hominibus placeat. neq̄ꝫ vt comparet ea q̄ huic vite ſunt neceſſaria. neq̄ꝫ temere aīm hominis cōdemnat. ⁊ quicq̄ꝫ exhibet homini hac ītentione exhibet qua ſibi vult exhiberi. Beati ergo mūdo cordē qm̄ ipſi deum videbunt. Opoꝛt vt etiam p mundum coꝛ inueniat̄ arta via ſapientie. cui perſoꝝ hoīm deceptiones obſtrepunt. quas euadere eſt venire ad pacem ſapientie Beati ergo pacifici qm̄ filij dei vocabuntur. Sed ſiue iſte ordo conſiderandus ſit ſiue alius facienda ſunt que audiuimus a domino ſi volumus edificare ſupra petram.

## Capitulum octauum.

Cum autē deſcendiſſet de monte ſecute ſunt eum turbe multe Et ecce lepꝛoſus veniēs adoꝛabat eū dicēs Dñe ſi vis potes me mūdare Et extēdens manum tetigit eū dicens volo mūdare Et cōfeſtim mūdata ē lepꝛa eius. Et ait illi iheſus. Vide. nemini dixeris Sed vade oſtē de te ſacerdotib'. et offer mun' tuum quod precepit moyſes in teſtimonium illis.

¶ Iero. Poſt predicationem atq̄ꝫ doctrinā ſignoꝛum offertur occaſio vt p virtutū miracula preteritus ap' audientes ſermo firmetur ¶ Criſ. Quia enim quaſi poteſtatem habens docebat vt nō eſtimaret̄ oſtētatio eſſe hic doctrine mod' operibus hoc idē facit. q. poteſtatem habens curare. ⁊ ideo dicit. Cū autem deſcendiſſet de monte ſecute ſunt eum turbe multe ¶ Orige. Docēte eñ dño ī mōte diſcipuli erant cū ipſo quibus erat datum celeſtis doctrine noſſe ſecreta Nunc aūt deſcēdente eo de monte t̄be ſecute ſunt eum que ī montem aſcendere nequāq̄ȝ poterant. q̄a quos d'lictoꝛum ſarcina d'primit ad miſterioꝝ ſublimia ſcandere non valent Deſcendente autem dño hoc eſt inclinant ſe ad infirmitatē ⁊ impotenciam ceteroꝝ. miſertus imperfectioni eoꝝ vel infirmitati. ſecute ſunt eum turbe multe. quidā ꝑpter caritatem. pleriq̄ꝫ ꝑpter doctrinam nonnulli ꝑpter curationem ⁊ admirationem ¶ Remi. vel aliter p montem in quo dñs ſedet. celū intelligit̄ de quo

ſcriptum ē celum mihi ſedes ē. Sed cū dn̄s ī mōte
ſedet. ſoli diſcipuli ad eū aſcendunt. q̄a anteq̄ȝ fragi
litatis nr̄e humanitateȝ aſſumeret. notus erat tm̄ ī
iudea deus At vō poſt de monte ſue diuinitatis dſcē
dit. ꝛ humanitatis nr̄e fragilitatem aſſumpſit. ma
gna t̄ba nationū ſecuta ē eū. Demōſtraꝛ aūt docto
ribus ut ī predicatione ſua ſmonē hēant temꝑatū
ꝛ ſicut viderint vnūquēq̄ȝ cape poſſe. ita ꝛ verbuȝ
dei annūciēt. Aſcendūt em̄ ī montē doctores cum ꝑ
fectorib⁹ excellentia ꝑcepta oſt̄dunt. deſcendunt vēo
cū infirmiorib⁹ leuioꝛa demōſtrāt ¶ Cris. ſup math.
Inter ceteros aūt q̄ montē nō aſcēderāt. ꝛ leproſus
ſurſum aſcendere nō valebat. quaſi peccatoꝝ baiu
lans pondus. lepra em̄ ē peccatū aīaꝝ nr̄aꝝ. Ideo
ergo dn̄s de altitudine celi quaſi de excelſo monte de
ſcendit. vt leprā peccatoꝝ nr̄oꝝ mūdaret. Et ideo
quaſi iam pre paratus deſcendenti occurrit. ꝓpter quod
dicit. ꝛ ecce leproſus veniēs ¶ Orige. Deorſū cur
rit ꝛ in monte nihil dicit. quia temp⁹ ē omni rei ſub
celo temp⁹ doctrine. ꝛ tempus curatiōis. In monte
docuit. aīas curauit. corda ſanauit quib⁹ completis
ſicut de celeſtib⁹ mōtib⁹ ad ſaluādos carnales deſcen
dente. venit ad eū leproſus ꝛ adorabat eū. anteq̄ȝ pe
teret adorare cepit cultū oſtēdens ¶ Cris. ſup mat.
Nō em̄ illū petebat quaſi hominē artificē. ſȝ adora
bat eum quaſi deum. oratio autem perfecta ē fides ꝛ
confeſſio. vnde leproſus fidei opus adorās īpleuit
ſed opus confeſſionis impleuit in verbis. vnde ado
rabat eū dicens ¶ Orige. Domie ꝑ te oīa facta ſunt
tu ergo ſi uis potes me mūdare. Voluntas tua op⁹
ē ꝛ opa tue voluntati obediunt Tu prius Naamā
Syrū ꝑ Heliſeum a lepra mundaſti ꝛ nūc ſi vis
potes me mūdare ¶ Cris. ī ome. nō dix. Si rogaueris
deū. neq̄ȝ ſi oraueris. ſȝ ſi volueris potes me mūdaꝛ
Neq̄ȝ dixit. dn̄e mūda. ſȝ ei totū ꝯcedit ꝛ dn̄m eum
facit. ꝛ poteſtatem vniuſoꝝ ei attribuit ¶ Cris. ſup
math. Et ita ſpiritali medico. ſpiritalem offerebat
mercedem Nā ſicut medici pecunijs ita iſte oīōe pla
caꝛ. nihil em̄ dignius offerimus deo q̄ȝ orationē fidlē
In h̄ aūt q̄ dicit. Si vis. nō dubitat xp̄i volūtatē
ad oīe op⁹ bonū parā. Sed q̄a nō oīb⁹ expedit cor
poralis integritas. neſciebat verū ei expediebat cu
ratio illa. Ait ergo Si vis. ac ſi diceret. Credo q̄a
qd̄ bonū ē vis. ignoro aūt ſi ē mihi qd̄ deſidero bonuȝ
¶ Cris. in omelia. Cū aūt voluntate ac ſmone pur
gare poſſet manus apꝑoſuit tactum Vnde ſequitur
Et extendens manū tetigit eū. vt oſtendat q̄m non
ſubiacet legi ꝛ q̄m mūdo iam nihil eſt imundū heli
ſeus aūt obſeruās legis diligēciā nō exiuit ꝛ tetigit
Naamā. ſȝ mitit eum ad iordanē lauandū. Domin⁹
aūt mōſtrat q̄m nō vt ſeruus ſed vt domin⁹ curat
ꝛ tāgit non em̄ manus a lepra facta eſt īmūda ſȝ cor
pus leproſū a manu ſctā cōſtitutū eſt mundū. nō em̄
corpora ſolū curaturus venit. ſed ꝛ aīmā in veram
ſapiēciam ductur⁹ Hic igitur manib⁹ non lotis iā nō
māducare ꝓhibebat. ita ꝛ hic erudit q̄m oportet aī
me leprā formidare ſolam quod eſt peccatū. lepra
aūt corporis nullū impedimētū eē ad virtutē. ¶ Cri
ſoſtom⁹. ſup matheū. Quāuis aūt literā legis ſolue
ret ꝓpoſitū. tn̄ ei⁹ nō ſoluit. Ideo tn̄ lex iuſſit nō tā

gere leprā. q̄ non poterat facere vt lepra non ſoli
daret tāgentē. ergo vetuit tāgere leprā nō vt lep
ſi nō ſanarenꞇ ſed vt tāgētes n̄ coīnquinarenꞇ. Hic a
tāgēs nō īq̄nat⁹ ē a lepra. ſed ipſā leprā mūdauit
tāgendo. ¶ Damaſcen⁹. Non em̄ deus ſolum erat
ſȝ homo. vnde ꝑ tactum ꝛ ꝑ ſmonem diuina ſign
operabatur. vt em̄ per organū. ita ꝑ corpus diuine
fiebāꞇ actiōes ¶ Cris. in ho. Cū aūt leproſū tāg
nullus eū incuſat q̄ nondū iniudia detenti erant audi
tores. ¶ Cris. ſup matheū. Si in aūt tacite eū cura
ſet quis ſcire poterat cui⁹ virtute ſanatus eēt. Ig
tur voluntas mundādi facta eſt ꝓpter leproſū volūi
autem propter ſpectantes. ideo dixit volo. mūdare
¶ Jero. Non autem vt pleriq̄ latinorum putant
legēdū eē. volo mūdare ſed ſeparati. vt primo dicat
uolo deinde imparans dicat. mūdare. ille em̄ dixerat
ſi vis. dn̄s reſpondit volo. Ille p̄miſerat potes me
mundare. dominus dixit mundare. ¶ Cris. ī omel.
Nuſq̄ȝ autem videtur dicere hoc verbum quāuis
magna ſigna faciens. ſed propterea apꝑoſuit. volo
vt opinionē plebis ꝛ leproſi de eius poteſtate cōfir
maret. ¶ Cris. in omelia. Ceſſit autem mūdationi
tura cum decenti velocitate Et ideo ſequiꞇ Et con
ſtim mundata eſt lepra eius. ſȝ hoc qd̄ dicit. ꝯfeſtim
multum eſt tardius velocitate que ſecundum opus
eſt facta ¶ Orige. Quia em̄ non dubitauit credere
non tardatur ſanatio. quia nō diſtulit confeſſionem
nō differꞇ mūdatio ¶ Aug. de con. euā. Hunc aūt
leproſi mūdati quē lucas meminit nō ſane hoc ordi
ſȝ vt ſolent ꝑtermiſſa recordari poſterius facta pre
occupari ſicut diuinitus ſuggerebāꞇ. vt antea co
gnita poſtea recordando reſcriberent. ¶ Cris. in
omelia. Curans autem eius corpus iubet nulli dici
Vnde ſequiꞇ Et ait illi ih̄s. vide nemi dixeris. Qui
dam igiꞇ aiunt quoniam ideo iuſſit hoc vt non ma
lignenꞇ circa eius purgationē Quod inſipienter dicū
Non enim ita mundauit. vt dubitabilis eſſet mun
datio. ſed nulli dicere iubet. docens nos diligere oſt
tationem ꝛ honoreȝ Qualiter igiꞇ alij ſanato iubet
dicere. Sed in hoc erudiuit nos bone mentes eſſe.
Non enim illic diuulgari ſe iuſſit. ſed dari gloriam
deo. Per leproſum ergo hunc inſtruit non nos eſſe
vanie glorioſos per illum autem non eſſe ingratos
ſed omnia ad laudeȝ dei referre. ¶ Jero. Et reuera
quid erat neceſſe q̄ ſermone iactaret qd̄ corpe pre
rebat ¶ Hila. Vel vt ſalus hec nō offerreꞇ potius
q̄ȝ quereꞇ ſilentium impaꞇ Sequiꞇ Sȝ vade oſtende
te ſacerdotib⁹ ¶ Jero. Mittit aūt eū ad ſacerdotem
primū ꝓpter humilitatem vt ſacerdotib⁹ deferre vi
deatur. deinde vt videntes leproſum mundatū ſi cre
derent ſaluatori ſaluarenꞇ. Si vero nō crederent in
excuſabiles fierent. ꝛ ſiꞇ ne qd̄ ī eo ſepiſſime cernē
bāꞇ legē infringere videreꞇ ¶ Cris. in omel. neq̄
em̄ vbiq̄ȝ eā diſſoluebat. neq̄ vbiq̄ȝ cuſtodiebat. ſed
q̄nq̄ quidem hoc. q̄nq̄ illud faciebat. ī vno quidē fu
ture ſapientie prepans viam In altero autem ver
cundam iudeorum cohibens linguam ꝛ cōdeſcēdens
imbecillitati eorum. Vnde apoſtoli aparent quādoq̄
quidem obſeruātes legē. q̄nq̄ aūt eam ꝑtermittē

Audiens autem iheſus miratus ē ⁊ ſequē tibus ſe dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in iſrael Dico autem vobis φ multi ab oriente ⁊ oc- cidente venient ⁊ re- cumbent cum Abrahā Iſaac ⁊ Jacob in reg no celorum Filij autē regni eÿcientur in te nebras exteriores ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dē cium Et dixit iheſus centurioni Vade ſicut credidiſti fiat tibi ⁊ ſa natus eſt puer ex illa hora.

¶ Criſ. iomelia. Sicut qd leproſus dixerat de xpi poteſtate. ſi uis po tes me mundare criſti voce confirmat dicen tis volo mundare. ita ⁊ hic centurionem de xpi poteſtate teſtantē nonſolum non accuſa uit. ſedetiam cōmēda uit. Sed ⁊ ampli⁹ ali quid fecit. intentionem enim laudis euāgeliſta ſignificans dicit. audi ens autem ihs. mirat⁹ eſt. ¶ Orige. Attende quātum ſit aut quale qd deus vnigenit⁹ mi ratur. aurum diuicie regna principat⁹ i cō ſpectu eius ſūt. tanq̄ vmbra vel flos deci dens Nihil ergo hoꝝ in conſpectu dei mirabi le eſt quaſi magnum vel preciosum. ſed tantum fi des hui⁹ miratꝰ honorificans. hāc acceptabilem ſibi eſtimat. ¶ Aug. ſup geneſ contra manicheos. Quis autem i illo fecerat illam fidem niſi ipſe qui admira batur. Quod ſi ⁊ alius eam feciſſet. vt quid mira retur. qui preſcius erat. Quid ergo miratur dñs. nobis mirandum eſſe ſignificat. quibus adhuc op⁹ eſt ſic moueri. omnes enim tales motus eius nō ꝑtur bati animi ſigna ſunt. ſed docentis magiſterium.

quia in ſua venit. et ſui eum non receperunt. ingreſſu
eius atque aditu abſtinent. Grego. in ho. Unde et mater
eius cum quaſi non agnoſcitur foris ſtare perhibetur
quia videlicet ſinagoga ideo ab autore ſuo non
cognoſcitur. quia legis obſervatorem tenens ſpiritua
lem intellectum perdidit. et ſe cuſtodiam littere foris
fixit. Ieronimus. Cum rogaverint et quidam
et nuncium miſerint reſponſum accipient liberos eos
eſſe arbitrii. et intrare poſſe ſi velint et ipſi credere.

## Capitulum. Tredecimũ.

In illo die exiens iesus de domo sedebat secus mare. Et cõgregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauiculam ascendens sederet. Et omis turba stabat in littore Et locutus est eis multa in parabolis dicẽs Ecce exijt qui seminat seminare semen suũ. Et dũ seminat quedaꝫ ceciderunt secus uiam ⁊ uenerũt uolucres celi ⁊ cõmederunt ea. Alia autem ceciderũt in petrosa vbi non habebat terram multam ⁊ cõtinuo exorta sunt quia non habebant latitudinem terre. Sole autez orto estuauerũt ⁊ quia non habebant radicez aruerũt. Alia autem ceciderunt in spinas ⁊ creuerũt spine ⁊ suffocauerũt ea. Alia autem ceciderũt in terram bonaꝫ ⁊ dabant fructum aliud centesimuꝫ aliud sexagesimum. aliud tricesimuꝫ. Qui habet aures audiendi audiat.

¶ Crisostomus. Postqꝫ increpauerat eum qui matris ⁊ fratrum pñciã nũciauit. de hinc fecit qđ illi cupiebant. exijt scilicet domũ primo sanans egritudinẽ vane glorie fratrum. Secũdo decentem honorem exhibens matri Unde dr̃ In illo die exiens ihũs de domo. sedebat secus mare ¶ Aug⁹ de conꝯcordia euã. Cũ dicit. In illo die satis indicat. aut hꝫ cõsequẽter gestũ post premissa aut non multa interponi potuisse nĩ forte dies more scripturarum tempus significet ¶ Rabanus. Non solum autem verba ⁊ facta domini verũ etiam itinera ac loca in quibus virtutes operatũ ⁊ predicat celestibus. sunt plena sacramẽtis Post sermoẽm quippe in domo habitum. vbi nephanda blasphemia demoniũ habere dici⁹ est egrediens docebat ad mare vt ostenderet se relicta ob culpam pfidie Judea ad gentes saluãdas esse transiturum. Gentilium enim corda diu supba ⁊ incredula merito tumidis amarisqꝫ fluctibus maris assimulãtur domũ vero domini per fidem fuisse Judeam qs nesciat. ¶ Jero. Considerãdu; est ɋ ꝑplus domi Ihũ non poterat intrare. nec esse ibi vbi apl̃i audiebant misteria Marco miserator domin⁹ egreditur de domo sua ⁊ sedet iuxta hꝰ seculi mare. vt ꝯgregentur ad eum multe turbe ⁊ audiant i littorẽ que intus non merebanẽ audire. Unde sequiẽ ⁊ congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauiculã ascendens sederet. ⁊ omnis turba stabat in littore. ¶ Crisostimus. Hoc autem non simplicitẽ euangelista posuit sꝫ ut monstraret ɋ domin⁹ hꝫ fecerit volens cum diligentia hoc spectaculum statuere ut nullum mittat post dorsum sꝫ omnis coraꝫ facie habeat ¶ Hilarius. Sedisse autem dominũ in naui ⁊ turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio In parabolis enim erat locuturus ⁊ facti isti⁹ genere significat eos qui extra ecclesiam positi sunt nullam diuini sermonis posse cape intelligentiam Nauis enĩ ecclesie typum prefert. intra quã verbum vite positum est ⁊ predicatum hijs qui extra sũt. Et arene modo steriles intelligere non possunt ¶ Jero. Ihũs etiam in medijs fluctibus est. hincinde mari tundiẽ ⁊ in sua maiestate securus appropinquare facit ẽre nauiculam suaꝫ ut populus nequaqꝫ piculũ sustinẽs non temptationibus circũdatus quas ferre non poterat. stat in littore fixo gradu ut audiat que dicuẽ ¶ Raban. Vel ɋ ascendens nauem sedebat in mari significat ɋ xp̃s per fidem ascensurus erat in mentes gentilium ⁊ ecclesiam collecturus in mari id est in medio nationum contradicentium Turba vero ɋ stabat in littore que neqꝫ in naui neqꝫ in mari erat. gerit figuram recipientium verbum dei ⁊ iam fide a mari id ẽ a reprobis separatoꝝ. sed necdum misterijs celestibus imbutorum. Sequitur Et locutus ẽ eis multa in pabolis. ¶ Cris. Quãuis in monte ita non fecerit nõ enĩ p pabolas sermonẽ contexit. tunc nõ enĩ turbe sole erant ⁊ plebs incomposita hic autẽ ⁊ scribe ⁊ pharisei. Non propter hoc autem solum ĩ parabolis loquitur. sed vt manifestiorem sermonem faciat ⁊ ampliorem memoriam imponat. ⁊ sub visu res reducat. ¶ Jero. Et notandum ɋ non oĩa locutus sit eis in pabolis sed multa. Si enim dixisset cũcta in pabolis absqꝫ emolimẽto populi recessisset pspicua miscet obscuris vt p ea que intelligunt. prouocentur ad eorum notitiam que non intelligũt Turba etiam non vnius sententie est. sed diuersaꝝ in singulis voluntatum. Unde loquiẽ ad eam in multis pabolis vt iuxta varias voluntates diuersas recipiant disciplinas. ¶ Cris. Primã autem pabolaꝫ ponit eam que faciebat auditorem attentiorẽ. Quia enĩ sub enigmate erat tractaturus erigit mentes audientium p primã pabolam dicens Ecce exijt ɋ seminat seminare semen suũ ¶ Jero. Significatur autem sator iste qui seminat esse filius dei ⁊ patris in populis seminare sermonẽ. ¶ Cris. Unde autem exijt ɋ vbiqꝫ presens ẽ. vł qualiter exijt non loco sꝫ incarnatione. ꝓpinquior fact⁹ nobis p habitum carnis Quia enĩ nos intrare non poteramus ad eum peccatis nostris prohibentibus nobis ingressum. ipse ad nos egreditur. ¶ Rabanus. Vel exijt cum relicta iudea per apostolos ad gentes transiuit. ¶ Jeronim⁹. vel intus erat domi versabatur loquebaẽ discipulis sacramẽta Exijt ergo de domo sua vt seminaret in turbis ¶ Cris. Cum autem audieris qm̃ exijt qui seminat vt seminet non estimes esse idemptitatem sermonis. Egrediẽ enĩ multotiẽs qui seiat ⁊ ad aliam rem. vel vt scindat terram. vł vt malas incidat herbas. vel vt spinas euellat. vel vt ad aliã talem quãdam diligentiam exhibeat hic autem ad seminandum exiuit. Quid igitur sit de seie illoꝝ tres depereunt partes ⁊ vna saluatur Et hoc non equaliter. sed cum differentia quadam. vnde sequitur. Et dũ seminat quedam ceciderũt secus viã ⁊c ¶ Jero. Hanc pabolã ad probandã heresim suã valentinus assumit tres introducens esse naturas. spiritalem naturalem. vel animalem atqꝫ terrenam. cum hic

quatuor ſint. vna iuxta viā alia petroſa. tertia plena
ſpinis. alia terra bona ¶ Criſ. Sed ſm hoc qualiter
haberet ratione ī inter ſpinas ſeminare ⁊ ſup petrā
⁊ in via. In ſeminibus quidem ⁊ terra materialibus
nō hēt vtiqȝ ratonē nō em̄ ē in poteſtate petre fieri
terram neqȝ vie nō eſſe viā. neqȝ ſpine non eſſe ſpinā
In animabus autem ⁊ doctrinis multam habet hoc lau
dem. poſſibile ē em̄ petrā fieri terrā pinguē. ⁊ viā
non vltra conculcari. ⁊ ſpinas deſtrui. Ex igitur
plus ſeminis periit. non eſt ab eo qui ſeminat ſȝ a ſu
ſcipiente terra id ē ab aīa. Ipſe em̄ qui ſeminat non
diuitem nō pauperem diſcernit. nō ſapientem neqȝ in
ſipientem. ſȝ omnibus loquebat̄ que a ſe ſūo erant cō
plens prouidens cū que futura erāt. vt liceat ei dicē
Quid me oportuit facere. ⁊ nō feci. Ideo aūt nō di
cit manifeſte qm̄ hoc ſuſceperunt deſides ⁊ pdiderūt
hoc aūt diuites ⁊ ſuffocauerūt. hoc aūt molles ⁊ p
diderunt quia non vult eos vehementer tangere.
vt non in diffidentiā mittat. Per hanc etiam para
bolam diſcipulos erudit ⁊ ſi plures audientiū eos
fuerint qui pereūt. vt nō propter hoc deſides ſint. quia
nec propter hȝ dn̄s qui oīa preuidit deſtitit a ſeminādo
¶ Iero. Obſerua aūt hāc eſſe primā pabolā que cū
interptatione ſua poſita ē. ⁊ cauendū ē vbicūqȝ dn̄s
exponit ſermones ſuos ne vel aliud vel quid plꝰ vt
minus pluinas intelligere q̄ȝ ab eo expoſitum eſt.
¶ Raba. Hic vō tacita nr̄e intelligentie derelīqu
pterngrediar ſunt breuiter Via ē mens ſedula malorū
cogitationū meatu trita atqȝ areſacta. Petrā duri
ciam proterue mentis terram leuitatē aīe obedientis
Solem dicit feruorem pſecutionis ſeuientis Altitudo
terre eſt probitas anime diſciplinis celeſtibꝰ iſtitute
In qua expoſitione diximus quia nequaq̄ȝ ipſe res
ī vna eademqȝ ſignificatione ſemp allegorice ponāt̄
¶ Iero. Prouocamur autem ad dictorū intelligētiā
quotiens hȳs ſermonibꝰ cōmonemur. q̄ ſequitur. q̄
habet aures audiendi audiat. ¶ Remig. Aures au
diendi ſunt aures mentis. ſ. intelligendi ⁊ faciendi
que iuſſa ſunt.

¶ Et accedentes diſcipuli dixerūt ei Qua
re in parabolis loq̄ris eis Qui riſpondens ait il
lis Quia vobis datum eſt noſſe miſteria
regni celorū. Illis aūt non eſt datum Qui
enim habet. dabit̄ ei ⁊ habūdabit Qui autē
nō hȝ. ⁊ quod habet auferet̄ ab eo Ideo in
parabolis loquor eis q̄a vidētes non vident
⁊ audiētes nō audiunt neqȝ intelligunt. ut
adimpleat̄ in eis ꝓphecia yſaie dicētis Au
ditu audietis ⁊ nō intelligetis ⁊ videntes
videbitis. ⁊ non videbitis Incraſſatum eſt
enim cor populi hȳꝰ ⁊ auribꝫ grauiter audi
erunt. ⁊ oculos ſuos clauſerūt neqn̄ videant
oculis. ⁊ auribꝫ audiāt ⁊ corde intelligant
⁊ ꝯuertant̄ ⁊ ſanem eos Vēi aūt bt̄i oculi
q̄a vident. ⁊ aures vr̄e q̄a audiunt Amē
quippe dico vobis. q̄a multi ꝓphete ⁊ iuſti
cupierūt videre q̄ videtis. ⁊ nō viderūt ⁊ au
dire q̄ auditis ⁊ non audierunt

¶ Glo. Intelligētes diſcipuli eſſe obſcura que
domino populo dicebant̄ voluerūt dn̄o intimare ꝙ
parabolice loqueretur Vn̄ dicit̄ Et accedentes diſci
puli dixerūt ei q̄re ī pabolis loquens eis ¶ Criſ.
vbi dignum ē ādmirari diſcipulos quare diſcere cu
pientes ſciunt quādo interrogare oportat. non enim
coram oībus hȝ faciunt Et hoc oſtēdit matheus cū
dic̄ Et accedentes. marcꝰ autem manifeſtius demō
ſtrat dicēs ꝙ ſingulariter acceſſerūt. ¶ Iero. Que
rendum eſt autem quō accedāt tunc ad eum cum ipſe
ī naui ſedebat. niſi forte itelligatur ꝙ dudū cū ipſo
nauem aſcēderint. ⁊ ibi ſtantes ſuper interpretatione
parabole ſciſcitati ſunt ¶ Remi. Dicit ergo euāge
liſta Accedentes vt oſtenderet ꝙ ſolliciti ſunt licet
poterāt accedere corpore q̄uis eēt aliqd̄ vel breue
ſpacium inter eos. ¶ Criſ. Conſideranda ē ſiqȝ
eorum rectitudo qualiter multā pro alijs habent cu
ram ⁊ priꝰ que aliorum ſūt querūt ⁊ tūc que ſūt
ipſorum. Non enim dixerunt. in parabolis lo
quens nobis. ſed in parabolis loquens illis. Qui
reſpondens ait illis. quia uobis datum ē noſſe miſte
rium regni celorum. ¶ Remig. Vobis inqȝ q̄ mihi
adheretis ⁊ in me creditis. Miſteria autem regni
celorum. appellat euāgelicā doctrinā Illis aūt ſcȝ
foris ſunt. ⁊ in eū credere nolunt. Scribis ſcȝ ⁊ Pha
riſeis ⁊ ceteris in īfidelitate perſeuerantibus non ē
datū. Accedamus ergo cū diſcipulis ad dn̄m puro
corde vt nobis euāgelicam doctrinam interpretari
dignetur. Iuxta illud. Qui appropinquāt pedibus
eius. accipient de doctrina ipſius ¶ Criſ. Hoc aūt
dixit non neceſſitatem inducens neqȝ fatum ſed mō
ſtrans qm̄ illi quibꝫ non ē datum cauſa ſibi ſūt om
nium malorū oſtendere ⁊ volens qm̄ cognoſcere diuina
miſteria donū dei ē ⁊ grā deſup data ſolenti ger
hoc liberū arbitriū deſtruit̄ Et hȝ ex hȳs que ſequūt̄
manifeſtū ē. vt n. neqȝ iſti deſperēt. neqȝ illi pigreſcāt
audientes qm̄ eis datū ē demōſtrat a nobis principiū
horū eſſe cū ſubdit. Qui em̄ hȝ dabit̄ ei ⁊ abūdabit
qui aūt nō hȝ. ⁊ qō habet auferet̄ ab eo. Aſſi dicet
Cū aliqs deſideriū habuerit ⁊ ſtudium dabit̄ ei ⁊
vniuerſa que a deo ſūt. Cū aūt hȳs vacuus fuerit ⁊
q̄ ad ſe ptinēt nō inferat. neqȝ q̄ a deo ſūt. ei dātur
⁊ qō hȝ. auferet̄ ab eo. nō deo auferente. ſȝ ſe indignū
faciēte hȳs que habet. vn̄ ⁊ nos ſi viderimꝰ aliquem
deſidioſe audientem ⁊ exhortātes ꝙ attendat nō
pſuaſerimus. ſileamus. q̄a ſi magis imoratifuerimꝰ
intendet̄ ei deſidia. Studentem aūt diſcere alliciemꝰ
⁊ multa effūdimꝰ. ⁊ bene dixit ſm euāgeliſtā quod
videt̄ hr̄e neqȝ eīt hīpm hȝ ¶ Remig. Qui aūt habet
ſtudiū legendi. dabit̄ ei ⁊ facultas intelligēdi. Et q̄ nō
hȝ legēdi ſtudiū. hȝ qō p naturā bonū videt̄ hr̄e auferet̄
ab eo. vel q̄ hȝ caritatem dabit̄ ei cetere virtutes
q̄ nō hȝ auferet̄ ab eo q̄a abſqȝ caritate nulla bō eē pōt

¶ Iero. Vel apostolis in xp̄o hereticus cocedit̄
Iudeis vero qui non crediderūt in filiū dei etiam si
quid p nature bonū possidēt tollit̄ · Neq; eīm pos
sunt aliquid sapienter intelligē quia sapientie nō ha
bent caput · ¶ Hylanus. Si idem etiam Iudei nō ha
bentes legem quoq; quā habuerant pdiderunt · Et
ideo pfectū fides euāgelica hēt donū · q: suscepta no
uis fructibus ditat. Repudiata vero etiā; veteris
substantie opes detrahit · ¶ Crisost⁹. Vt autē ma
nifesti⁹ qd dixerat fiat subdit · Ideo in pabolis lo
quor eis quia videntes non vident ⁊ audientes non
audiunt neq; intelligūt. Et si quidem nature hec ex
cecatio esset aperiri eorum oculos oportebat. Quia
vero voluntaria ē hec excecatio pp̄ter hoc non dix
it simpliciter non vident · sed videntes non vident ·
Viderunt enim demones exeuntes ⁊ dixerunt · In
Beelzebub eiicit demonia audiebant q̄ ad deū eos
attrahebat ⁊ dicūt · Non est hic homo a deo. Quia
ergo contraria hijs que videbant ⁊ audiebant enun
tiabant pp̄ter hoc ipsum videre ⁊ audire eis auferē
Nihil enim hinc proficiunt sed in iudicium magis
incidunt · Unde ⁊ a principio nō eis parabolice loque
batur sed cum multa certitudine. Quia autem audi
ta ⁊ visa peruerterunt iam in pabolis loquit̄ · ¶ Re
migi⁹ · Et notandum est quia non solum que loq̄
batur verū etiam que faciebat pabole fuerunt i.
signa spiritalium rerum qd liquido ostendit cū dic
Vt videntes non videant. Verba nanq; videri non
poterant · sed audiri · ¶ Ieronim⁹. Hec de hijs loq̄
tur qui stant in littore ⁊ diuidunt a ihesu · ⁊ sonitu
fluctuū pstrepente nō audiūt adliq̄dū q̄ dicit̄ ¶ Cri
sostim⁹. Deinde ut non dicerent qm̄ ut inimicus no
ster nobis detrahit · pphetam inducit eadem sententia
antem · Unde sequit̄ · Vt impleat̄ i eis pphetia esaye
dicentis auditu audietis ⁊ non intelligetis · ⁊ vidē
tes videbitis ⁊ non videbitis id est auditu audietis
verba sed nō intelligetis verborū arcana · Videntes
videbitis carnem scilicet ⁊ non videbitis hoc est nō
intelligetis diuinitatem · ¶ Crisostimus · Hoc aūt
dixit quia ipi sibi abstulerūt videre ⁊ audirē aures
⁊ oculos sibi claudentes ⁊ cor incrassantes · Non eī
solum non audiebant sed ⁊ grauiter audiebant · vñ
sequitur · Incrassatum est cor populi hui⁹ · ⁊ auri
bus grauiter audierūt · ¶ Rabanus · Incrassatū
est eīm cor iudeoꝝ crassitudine malicie · ⁊ abundātia
peccatorum grauiter verba domini audierūt quia
ingrati susceperunt · ¶ Iero⁹ · Ac ne forte arbitre
mur crassitudinē cordis ⁊ grauitatem aurium na
ture esse non volūtatis · subiungit culpam arbitriȝ
⁊ dicit Et oculos suos clauserunt · ¶ Cris · In hoc
autem intensam eorum nequiciam ostendit · ⁊ auer
sionem cum studio · vt aūt attrahat eos subdit · Et
conuertant̄ ⁊ sanem eos · In quo demonstrat quia
si conuerterent̄ sanarent̄ · Sicut si aliquis diceret ·
Si rogatus essem · confestim sanaturus eram · osten
dit qualiter aliquis sibi recōcilief̄ · ita ⁊ hic cum dīc
ne quādo conuertant̄ ⁊ sanem eos · demonstrat quo
niam ⁊ conuerti possibile est ⁊ penitentiam agētes
saluari · ¶ Aug · de con · euā · vel aliter · Oculos suos
clauserunt nequādo oculis videant · id est ipsi causa

fuerunt vt deus eis oculos clauderēt · Alius eīm euā
gelista dicit · excecauit oculos eorum · Sed verū vt
nūq̄; videant · an vero ne vel sic · vel sic aliquādo vi
deant cecitate sua sibi displicentes ⁊ se dolētes · ⁊ ex
hoc humiliati atq; cōmoti ad confitendum peccata
sua ⁊ pie querendum deum Sic eīm Marcus hoc di
cit Ne quādo conuertant̄ ⁊ dimittant̄ eis peccata ·
Vbi intelliguntur peccatis suis meruisse vt non in
telligerent Et tamen hocipsum misericorditer eis
factum · vt peccata sua cognoscerent ⁊ conuersi ve
niam mererent̄ Quod autem Iohannes hunc locū
dicit pp̄ea nō poterāt credere q: iterū dixit Ysaias
excecauit oc̄los eorū ⁊ i durauit vt n̄ videāt ocul̄
⁊ non intelligant corde Et conuertant̄ ⁊ sanem eos
aduersari videt̄ huic sententie ⁊ omnino cogere vt
qd h dictū est · neq̄ oculis videant · non accipiatur ne
vel sic aliquādo oculis videant · sed prorsus vt nō vi
deant · quādoquidem apte dicit ita vt oculis non vi
deant · Et qd ait · Propterea non poterant credere ·
satis ostendit non ideo factam excecationē vt ea com
moti ⁊ dolentes se non intelligere · conuerterent̄ ali
quādo p penitentiam · nō eīm possunt hoc facere nisi
prius crederent vt credendo conuerterentur ⁊ cō
uersione sanarent̄ · ⁊ sanitate intelligerent · sed ideo
potius excecatos vt nō crederent · Dicit eīm apertis
sime Propterea non poterant credere Quod si ita
est quis non exurgat in defensionem iudeorū ⁊ eos
extra culpam fuisse proclamet q̄ non crediderunt ·
Propterea eīm nō poterāt credere · quia excecauit
oculos eorum Sed quoniā potius deus extra culpā
debet intelligi cogimur fateri alijs quibusdam pec
catis ita eos excecari meruisse · quia tamen exceca
tione non poterant credere Verba eīm iohānis ista
sunt · nō poterāt credere · quia iterum dixit Ysaias
excecauit oculos eorum · Frustra itaq; conamur i
telligere ideo fuisse cecatos vt conuerterentur · cuȝ
conuerti non poterāt · quia non credebāt · ⁊ ideo cre
dere non poterant · quia excecati erant · An forte nō
absurde dicim⁹ quosdam iudeorū fuisse sanabiles s;
tāto tñ tumore supbie periclitatos vt eis expediret
p̄mo n̄ credēt · ⁊ ad h fuisse cecatos ut n̄ intelligerēt
dñm loquētem pabolas · quibus nō intellectis n̄ in eū
crederēt · non credentes autem cum ceteris despera
tis crucifigerent eum atq; ita post eius resurrectōȝ
cōuerterent̄ quādo iam de reatu mortis domini am
plius humiliati diligerent · a quo sibi tantum scelus
dimissum esse gauderent · quoniā tanta eorum sup
bia tali humiliatione esset deijcienda · Quod icōgrue
dictum esse quilibet arbitret̄ si non ita contigisse in
actibus apostolorum manifeste legent · Non ergo
abhorret · qd ait iohānes · pp̄terea nō poterant cre
dere quia excecauit oculos eorum vt non videāt · ab
ea sententia qua intelligimus ideo excecatos vt con
uerterent̄ · hoc est ideo eis p obscuritates pabolarū
occultatas sententias domini vt post eius resurre
ctionē salubriore penitentia resipicerent · quia per ob
scuritatem sermonis excecati · dicta domini non intel
lexerunt · ⁊ ea non intelligendo nō in eum crediderūt
nō credendo eū crucifixerūt atq; ita post resurrectōȝ
miraculis que in eius noīe fiebant exterriti maioris

crimis reatu cōpuncti ſunt ⁊ proſtrati ad penitenciam Deinde accepta indulgentia ad obedientiā flagrantiſſima dilectione ꝯuſi· quibuſdā aūt non profuit illa cecitas ad conuerſionē ¶ Remig· Et quātū ad hoc pē hec ſnia ſic intelligi vt i oībus ſubaudiatur non hoc mō· neqꝫ oculis videāt ⁊ nequādo auribus audiant nequādo ⁊ corde intelligant· ⁊ nequādo cōuertant ⁊ ſanē eos ¶ Glo· Sic ergo oculi eoꝝ qui vident ⁊ nolunt credere ſūt miſeri· Veſtri aūt beati Vn̄ ſeq̄ Veſtri autē bti oculi quia vident ⁊ aures vr̄e· q̄ī audiunt ¶ Jeo· Niſi aūt ſupra legiſſemus auditores ad intelligenciam puocatos Saluatore dicente Qui habet aures audiendi audiat· putarem⁹ nunc oculos ⁊ aures que beatitudinē accipiunt corporales intelligi Sed mihi videnē oculi illi beati· qui xp̄i poſſunt agnoſcere ſacrā· ⁊ ille beate aures de q̄bus Jſaias loquiē Dn̄s appoſuit mihi aurē ¶ Glo· Mens em̄ ē oculus quia naturali vigore intelligendum aliquid dirigiē· auris quia alio docente diſcit· ¶ Jnla· Vt apoſtolici tempis beatitudinē docet q̄ꝝ oculis atqꝫ auribꝰ ꝯtigit dei ſalutare viſere ⁊ audire prophetis atqꝫ iuſtis cupientibus videre ⁊ audire in plenitudinē temporꝝ deſtinatum Vn̄ ſeq̄ Amen quippe dico vob· quia multi prophete ⁊ iuſti cupierunt videre que videtis· ⁊ non viderunt· ⁊ audire que vos auditis ⁊ non audierunt· ¶ Jeronimus· Videē aūt huic loco illud eſſe ꝯtrariu qd̄ alibi dicitē Abrahā cupiuit videre diē meū· vidit ⁊ gauiſus ē· ¶ Raba· Jſaias q̄ꝫ ⁊ Micheas ⁊ multi alij ꝓphete· viderūt gl̄am dn̄i qui etiā ꝓpterea videntes appellati ſunt ¶ Jeo· Nō aūt dixit oēs ꝓphē ⁊ iuſti· ſꝫ multi Jnter multos em̄ poteſt fieri vt alij viderint· alij non viderint· licet ⁊ i hoc piculoſa ſit interp̄tatio· vt iter ſanctoꝝ merita diſcretionē quālibet facere videamur ſcꝫ quātum ad fidem de xp̄o habitā· Ergo Abrahā vidit i enigmate· non vidit in ſpecie· vos aūt i preſentiaꝝ tenetis ⁊ habetis dn̄m vr̄m· ⁊ ad voluntatē interrogatis ⁊ cōueſcimī ei ¶ Crīſ· Hec ergo que Apoſtoli viderūt· ⁊ audierūt p̄ntiam ſuā dicit· miracula· vocem· ⁊ doctrinā· Jn hoc aūt nōſolū malis· ſꝫ ⁊ hijs qui boni fuerāt· eos preponit Etenī antiquis iuſtis beatiores eos dicit· q̄m nonſolum que iudei nō viderunt· hi vident· ſꝫ ⁊ que iuſti ⁊ ꝓphete cupierūt videre nō viderūt Jlli em̄ fide ſolum conſiderauerūt hi autem viſu ⁊ multo manifeſtius Vides aūt qualiter vetus teſtamentū copulat nouo· Non em̄ ſi prophete alieni cuiuſdā ⁊ ꝯtrarij dei ſerui fuiſſet xp̄m cupiuiſſent·

¶ Vos ergo audite pabolā ſeminātis. omnis q̄ audit v̄bum regni ⁊ nō intelligit venit malus ⁊ rapit quod ſeminatū eſt in corde eius Hic eſt q̄ ſeminat⁹ eſt ſec⁹ viā Qui aūt ſupra petroſam ſeminatus eſt Hic eſt q̄ v̄bum audit ⁊ ꝯtinuo cum gaudio ſuſcipit illud. nō habet aūt in ſe radicē. ſꝫ eſt tp̄alis Facta aūt tribulacōe ⁊ pſecucione ꝓpē ver-

buꝫ ꝯtinuo ſcādaliȥatē Qui autē eſt ſeminatus in ſpinis. hic eſt q̄ v̄bum audit ⁊ ſollicitudo ſeculi iſti⁹ ⁊ fallacia diuiciarum ſuffocat v̄bum ⁊ ſine fructu efficiē Qui vero in terrā bonā ſeminatus eſt. hic eſt qui v̄bum audit ⁊ intelligit. ⁊ fructū affert. ⁊ facit aliud q̄dem cētesimū· aliud aūt ſexageſimū aliud vero triceſimum

¶ Gloſa· Dixerat ſupius quia iudeis nō ē datum noſſe regnū dei ſꝫ apl̄is· ⁊ ideo concludit dicēs· vos ergo audite parabolā ſeminātis quibꝰ ſcꝫ cōmiſſa ſunt celeſtia miſteria ¶ Aug· ſup Gen̄· ad lr̄am· viij· Quod narratur euāgelica facta ē dn̄s· ſ· talia locutus fuiſſet Jpius aūt dn̄i narratio pabola fuit de qua nuſq̄ ꝯgitur vt etiā ad lr̄am facta monſtrēē· que ſermōe proferuntur· ¶ Glo· Vnde pabolam exponens ſubdit Qis aūt qui v̄bū regni ⁊ nō intelligit· Sic conſtruendū eſt· Ois qui audit verbū regni· id eſt predicationē meā que ad ad regnū celoꝝ adipiſcendū valet ⁊ ñ intelligit Quō aūt nō intelligat· ſubiungit· venit em̄ malus id ē diabol⁹· ⁊ rapit qd̄ ſeminatū ē i corde ei⁹ Qis inq̄ꝫ qui talis ē· hic ē q̄ ſecus viā ſeminat⁹ ē Notandū ē aūt q̄ ſeminatū diuerſis modis accipit dr̄ em̄ ⁊ ſemen ſeminatū ⁊ ager ſeminat⁹ qd̄ utrūq̄ hic inuenitē Vbi em̄ ait rapit qd̄ ſeiatū ē· de ſemine intelligendū ē· vbi aūt ſequitē Secus viā ſeminatus ē· nō de ſemie· ſed de loco ſemis intelligendū ē i. de hoīe· qui ē quaſi ager diuini verbi ſemie ſeminatus ¶ Remig· Hijs aūt verbis exponit dn̄s quid ſit ſemē· v̄bū· ſ· regni id ē euāgelice doctrine Sunt em̄ nōnulli qui verbū dei nulla cordis deuotiōe ſuſcipiunt ⁊ ideo ſemē verbi dei· qd̄ i eoꝝ cordibus ſeminatē a demōes quaſi ſemē ne tritē· ſubito auferūt Hoc aūt ē ſeminat⁹ ſupra petrā· hic ē v̄bū audit ⁊c· Semen em̄ verbi dei qd̄ i petra id ē corde duro ⁊ indomito ſeminatē· fructificare nō pē· quia multa ē ei⁹ duricia· ⁊ pruū celeſte deſideriū Qui ꝓpter nimiā duriciā non hn̄t i ſe radicē· ¶ Jero· Attende aūt qd̄ dictum ſit continuo ſcandaliſat Eſt ergo aliq̄ diſtancia inter eum qui multis tribulatōibꝰ penisq̄ꝫ compellitē xp̄m negare· ⁊ eū qui ad primā pſecutionē ſtatim ſcandaliſatē· ⁊ corruit· d quo hic loquitē Sequitē Qui autē ſeminatus ē i ſpinis· Mihi videē ⁊ illud qd̄ iuxta literam ad Adam dr̄ Jnter ſpinas ⁊ tribulos panem tuū manducabis· hoc ſignificare miſtice q̄ quicūq̄ ſeculi ſe dederit voluptatibꝰ curiſq̄ꝫ iſtius mundi panem celeſtem ⁊ cibū veꝝ iter ſpinas ꝯmedit ¶ Rabanus· recte autē ſpine vocātē q̄a cogitationū ſuaꝝ punctionibꝰ mētem lacerant· ⁊ mētē quaſi ſtrangulando ſpiritales virtutū· fructus gignere nō permittunt· ¶ Jero· Et eleganter adiunxit Fallacia diuiciaꝝ ſuffocat verbū· Blande em̄ ſunt diuicie· aliud agētes aliud pollicentes lubrica ē illaꝝ poſſeſſio dum huc illucq̄ꝫ circūferunē· ⁊ inſtabili gradu vel habentes deſerunt vel nō reficiunt· vnde ⁊ dominus diuites aſſerit difficulter intrare i regnū celoꝝ ſuffocātibꝰ diuicijs v̄bū dei ⁊ vigorē virtutū emollientibus

¶ Remigius. Et ſciendum quia hijs tribus gene
ribus terre nequaquam comprehenduntur omnes qui verbum
dei audire poſſunt ſed tamen ad ſalutem perducere non
valent. Excipiuntur gentiles. qui nec etiam audire me
ruerunt. Sequitur Qui vero in terram bonam ſe
minatus eſt. Bona terra eſt fidelium conſcientia electorum
ſiue mens ſanctorum. que verbum dei cum gaudio
et deſiderio et cordis deuotione ſuſcipit. et inter proſpera
et aduerſa viriliter conſeruat. et ad fructum uſque perducit
Unde ſequitur Et facit fru. ali. centeſ. al. ſexage. ali.
vero triceſ. ¶ Jero. Et notandum quod ſicut in terra
mala tres fuere diuerſitates ſcilicet ſecus viam et pe
troſa et ſpinoſa loca Sic in terra bona trina diuer
ſitas eſt centeſimi. ſexageſimi. et fructus triceſimi.
Et in illa autem et in iſta non mutatur ſubſtantia ſed vo
luntas. Et tam incredulorum quam credentium corda ſunt
qui ſemen recipiunt. Unde primo dixit Uenit malus
et rapit quod ſeminatum eſt in corde eius et ſecundo et
tertio ait. hic eſt qui verbum audit. In expoſitione
quoque terre bone. Iſte eſt qui audit verbum Primum
ergo debemus audire deinde intelligere. poſt intelli
gentiam fructus reddere doctrinarum. et facere vel cen
teſimum fructum vel ſexageſimum atque triceſimum.
¶ Aug. xx. de ciui dei. Quidam putant hoc ſic eſſe
intelligendum quod ſancti pro ſuorum diuerſitate meri
torum alij tricenos homines liberent. alij ſexagenos alij
centenos. quod in die iudicij futurum ſuſpicari ſolent
non poſt iudicium. qua opinione quidam cum viderent
homines impunitatem peruerſiſſime pollicentes eo
quod omnes iſto modo ad liberationem pertinere poſſe
videntur. reſpondit bene potius eſſe viuendum vt inue
niatur quiſque reperiatur. qui pro alijs interceſſuri ſunt
liberandis. ne tam pauci ſint ut cito ad numerum ſuum
perueniences multi remaneant qui erui iam de penis
illorum interceſſione non poſſint. et in eis inueniatur
quiſquis ſibi ſpe fructus alieni temeritate vaniſſima
pollicetur. ¶ Remigius. Triceſimum ergo fructum
facit qui fidem ſancte trinitatis docet. Sexageſimum
vero qui perfectionem bonorum operum commendat. Sena
rio enim numero omnis mundi ornatus completus eſt
Centeſimum autem fructum facit qui vitam eternam
promittit. Centenarius enim de leua tranſit ad dextram
Per leuam autem vita preſens deſignatur per dexteram futura
Aliter ſemen verbi dei triceſimum fructum facit quando
bonam cogitationem gignit. Sexageſimum quando
bonam locutionem. Centeſimum. quando ad fructum
boni operis perducit. ¶ Aug. de que. euan. Uel aliter
Centeſimus fructus eſt martirum propter ſanctitatem
vite vel contemptum mortis. Sexageſimus virginum
propter otium interius. quia non pugnant contra conſue
tudinem carnis Solet enim otium concedi ſexagenarijs
poſt militiam vel poſt actiones publicas. Triceſimus
vero coniugatorum. quia hec eſt etas preliantium. ipſi ha
bent acriorem conflictum. ne libidinibus ſuperentur. vel
aliter confligendum eſt cum amore temporalium bono
rum ut non vincat aut etiam edomitus. ſubditus quaſi
eſſe debet ut cum ſurgere ceperit facile reprimatur aut ita
extinctus ut ſe omnino nulla ex parte commoueat. Ex
quo fit ut ipſam etiam mortem propter veritatem alij forti
ter ſpernant alij equanimiter alij libenter que tria

genera fructuum ſunt terre triceni et ſexageſimi et cen
teſimi In horum aliquo genere inueniendus eſt tem
pore mortis ſue ſi quis de hac vita recte cogitat emi
grare. ¶ Je. vt centeſimus fructus virginibus ſexageſi
mus viduis et continentibus. triceſimus ſancto matri
monio deputatur. Nam ipſa digitorum coniunctio et quaſi
molli ſe oſculo complectens et federans maritum pingit
et coniugem. Sexaginta ad viduas. eo quod in anguſtia
et tribulatione ſint poſite. vnde et inferiori digito de
primuntur. quanto maior eſt difficultas experte quondam vo
luptatis illecebris abſtinere. tanto maius et premium.
Porro centeſimus numerus a ſiniſtra tranſit ad dex
tram et hijſdem quidem digitis non eadem manu circu
lum faciens exprimit virginitatis coronam.

Aliam parabolam propo
ſuit illis dicens Simile
factum eſt regnum celo
rum homini qui ſemina
uit bonum ſemen in agro
ſuo. Cum autem dormirent
homines venit inimi
cus eius et ſuperſemina
uit zizania in medio
tritici. Et abijt Cum
autem creuiſſet herba
et fructum feciſſet tunc
apparuerunt et zizania.
Accedentes autem ſerui
patriſfamilias dixerunt
ei Domine nonne bonum
ſemen ſeminaſti in agro
tuo vnde ergo zizania
Et ait illis. Inimicus
homo hoc fecit Serui
autem dixerunt ei. Uis
imus et colligimus ea
Et ait. Non ne forte
colligentes zizania era
dicetis ſimul cum eis et
triticum. Sinite vtraque
creſcere vſque ad meſſem
Et in tempore meſſis
dicam meſſoribus Colli
gite primum zizania et al
ligate ea in faſciculos
ad comburendum. tri
ticum autem congre
gate in horreum meum.

¶ Criſ. In precedenti
parabola locutus eſt do
minus de hijs qui verbum
dei non ſuſcipiunt. hic
autem de hijs qui ſuſcipiunt
corruptiuum ſermonem
Etenim hoc eſt diabo
lice machinationis. ve
ritati ſemper errorem im
ſerere vnde dicitur. aliam
parabolam propoſuit illis
dicens. ¶ Jero. Pro
ponit autem aliam pa
rabolam. quaſi diues
patriſfamilias. inuitatos
diuerſis reficiens cibis.
vt vnuſquiſque ſecundum
naturam ſui ſtomachi
varia alimenta ſuſcipe
ret. Non autem dixit
alteram. ſed aliam ſi
enim propoſuiſſet alteram
expectare terciam non
poteramus. premiſit
aliam vt plures ſequantur
Que autem ſit parabola
oſtenditur cum ſubdit
Simile factum eſt re
gnum celorum. ¶ Re
migius. Regnum celo
rum appellat ipſum fi
lium dei. quod regnum
ſimile dicitur eſſe ho
mini. qui ſeminauit bo
num ſemen in agro ſuo
¶ Criſ. Deinde modum
inſidiarum dyaboli oſten
dit dicens. Cum autem
dormirent homines ve
nit inimicus eius et ſu
perſeminauit zizania in
medio tritici et abijt. De
monſtrat hic quod error
poſt veritatem exiſtit
quod et rerum exitus teſtatur.
Etenim poſt prophetas fuerunt. Pſeudo prophete et poſt

ap̄los p̄ſeudo ap̄li ⁊ poſt xp̄m̄ antixp̄s niſi em̄ diabo
lus vid̄ret · q̄d imitet̄ vel quib; inſidiet̄ · nō temptat
Quia igit̄ vidit · q̄ hic reddit in fructu centum · ille
lx · alius · xxx ⁊ non poterat rape nec ſuffocare quod
radicatū erat · p̄ aliam deceptionē inſidiat̄ · interſerēs
ſua · malas ea ſimilitudinib; colorās · vt facile ſurri
piat his qui abiles ſunt ad deceptionē Propter hoc
n̄ dixit q̄ ſeiet aliq̄d aliud ſemē · ſ; zizania que ſm̄ vi
ſum aſſimulāt̄ q̄dāmodo frumento · Hic etiā appares
diaboli malignitas tūc em̄ ſeminauit qn̄ vniuerſa
erāt ꝯpleta vt magis noceret agricole ſtudio ¶ Au
guſtinus de · q · euā · Dicit aūt cū dormirēt hoīes · q̄a
cū negligentius agerēt prepoſiti eccleſie aut dormi
tionē mortis acciperēt ap̄li · venit diabolus ⁊ ſuper
ſeminauit eos quos malos filios dn̄s interp̄tat̄ Sed
recte querit̄ · verū heretici ſunt · aut male viuētes ca
tholici · Sꝫ q̄ dicit eos i medio tritici ſeiatos · quaſi
videt̄ illi ſignificari · q̄ vnius ꝯmunōis ſunt · Ve
rūtamē qn̄ agrū ip̄m nō eccl̄iam ſ; hūc mundū inter
pretat̄ ē · bn̄ intelligūt̄ heretici q̄a i h̄ mundo ꝯmi
ſcent̄ bonis · ut illis qui in eadem fide mali ſūt · palea
potius q̄ꝫ zizania deputent̄ q̄a palea etiā · fundamētū
habet cū frumento · radicemq; ꝯmunē · Sciſmatici
aūt vident̄ ſpicis corruptis etiā ſimiliores vel palea
ariſtarꝫ fractis vel ſciſſis ⁊ de ſegete abiectis · Nec
tn̄ ꝯſequēs ē vt oīs hereticus vel ſciſmaticus ab ec
cleſia corpaliter ſeget̄ · Multos em̄ portat eccleſia ·
quia nō ita defendunt falſitatem ſententie ſue · vt in
tentā multitudinē faciāt · q̄d ſi fecerint · tunc pellunt̄ ·
Cū ergo diabolus aſperſis prauis erroribus falſiſq;
opinionib; ſupſeminaſſet · hoc ē p̄cedente noīe xp̄i he
reſes ſupieciſſet · magis ip̄e latuit · atq; occultiſſim⁹
factus ē · Hoc ē em̄ q̄d dicit Et abijt · quamq̄ꝫ in hac
p̄abola dn̄s ſicut i expoſitione ꝯcluſit · nō quedā · ſed
oīa ſcādala ⁊ eos q̄ faciunt iniquitatē · zizaniorꝫ noīe
ſignificaſſe intelligit̄ ¶ Criſ · Ex poſterioribus aūt di
ligenter hereticorꝫ formā deſcribit dicēs · Cū autem
creuiſſet herba ⁊ fructū feciſſet · tunc apparuerūt ⁊
zizania In principio em̄ heretici obumbrāt ſeipſos ·
cū aūt multā acceperit libertatē ⁊ ſermōe aliq̄s cum
eis ꝯparauerit · tūc venenū effundūt · ¶ Aug · de q ·
euā · Vel aliter · Cū hō ſpiritalis eſſe ceperit diiudi
cans oīa · tunc ei errores incipiūt apparere diſcernit
em̄ q̄cq̄d audierit · aut legerit ab horrore ⁊ a regu
la veritatis Sed donec i eiſdem ꝑficiat̄ ſpiritalibus
p̄t eū mouere quare ſub noīe xp̄iano tā multe here
ticorꝫ extitere falſitates · vn̄ ſequit̄ · Accedentes autē
ſerui p̄rīfamilias dixerūt ei · Dn̄e nōne bonū ſemē ſe
minaſti in agro tuo · vn̄ ergo hꝫ zizania Vtrūꝫ aūt ipſi
ſint ſerui q̄s paulo p⁹ meſſores appellat an q̄a i expo
ſitione p̄abole meſſores dicit eſſe angelos · nec q̄ſq̄
dicere facile auſus fuerit angelos neſciſſe q̄s zizania
ſupſeminauerit · magis oportet intelligi hoīes ip̄os fi
deles ſuorꝫ noīe hoc loco ſignatos · nec mirū ſi ⁊ bo⁹
ſeme ip̄i dicunt̄ · Et diuerſ · n · ſignificatōib; vna res
diuiſas ſimitudīes r̄apit ſic̄ ⁊ de ſe ait q̄ ip̄e ſit ianua
q̄ ip̄e ſit paſtor ¶ Remi · accedūt aūt ad deū n̄ corpe
corde ⁊ mentis deſiderio · q̄ docente intelligūt diaboli
calliditate h̄ eē factum · Vn̄ ſequit̄ Et ait illis Inimi
cus hō hoc fecit · ¶ Iero · Diabolus ꝓpterea īimic⁹
hō appellat̄ · q̄a de⁹ eē deſijt · ⁊ i nono pſalmo ſcrip̄tū ē

de eo · Exurge dn̄e ⁊ n̄ ꝯfortet̄ hō · Quaobrē nō dor
miat q̄ eccl̄ie p̄poſit⁹ ē · ne p̄ illi⁹ negligētiā inimic⁹
hō ſupſeiet zizania h̄ ē hereticorꝫ dogmata ¶ Criſ · Inimi
cus aūt vocat̄ ꝓpt̄ iacturā quā infert hoīb; Verum
em̄ diaboli aduſ⁹ nos ē p̄ncipiū aūt vexatōis ſu
ē nō ab inimicitia q̄ ē ad nos · ſ; que ē ad deū ¶ Aug ·
de q · euā · Cū aūt ſerui dei ꝯgnouerit hāc excogitaſſe
diabolū fraudē cū ꝯ tāti noīs auctorē nihil ſe valere
ſentirent ut fallacias ſuas eodē noīe obtegeret q̄
ſibi ſub oīm voluntas · ut etiā hoīes de reb; h̄umanis
auferat · ſi aliq̄ꝫ t̄pis habeat facultatē · ſ; vera ſui a
beāt · iuſticiā dei ꝯſulūt · vn̄ ſequit̄ Serui aūt dixerūt
vis im⁹ ⁊ colligim⁹ ea · ¶ Criſ · vbi intuenda eſt ſer
uorꝫ diligentia ⁊ dilectio · etenī feſtināt zizania euelle
q̄d mōſtrat eorꝫ de ſeie ſollicitudinē Attēn · ſolū re
ſpiciūt · nō vt aliquis puniat̄ · ſ; vt ſeiata nō pereāt
Quid aūt reſpōdent · ſubdit̄ Et ait · n̄ ¶ Ieronimus
Dat̄ · n · loc⁹ p̄nie ⁊ monemur · ne cito amputem⁹ fra
trem q̄a fieri p̄t · vt ille q̄ hodie noxio deprauat⁹ ē
gmate · cras reſipiſcat · ⁊ defendē incipiat veritatē · vn̄
ſubdit̄ · ne forte colligentes zizania · eradicetis ſimul ⁊
triticū ¶ Aug · ꝯ ꝯ̄ · euā · In q̄ eos patientiſſimos ⁊
trāq̄lliſſimos reddit · h̄ em̄ dic̄ · q̄a bōi cū adhuc īfirmi
ſūt · op⁹ hn̄t i q̄buſdā malorꝫ ꝯmixtōe · ſiue vt p̄ eos
exerceant̄ · Siue vt eorꝫ ꝯpatōe magna illis exhor
tatio fiat muteāt̄ ad meli⁹ aut forte ſit eradicat̄ tri
ticū · cū auferāt̄ zizania · q̄a multi p̄mo zizania ſunt ⁊
poſtea triticū fiunt · q̄ niſi patiēter cū mali ſuſtine
rent̄ · ad laudabilē mutacōꝫ n̄ puenirēt · itaq̄ ſi euulſi
fuerit · ſil̄ eradicat̄ ⁊ triticū q̄d futuri erāt ſi eis par
ceret̄ · Ideo dic̄ nō eē tales auferēdos de hac uita ne
cū malos conat̄ interficē · bonos interficiat · q̄d futu
furi ſint · aut bonis obſit · q̄b; ⁊ inuitis vtiles ſunt · ſ;
tūc oportūe h̄ fieri · cū iā de fine n̄ reſtat · vl̄ temp⁹ cō
mutande vite vl̄ ꝑficiēdi ad veritatē ex occaſiōe atq;
cōpatōe alieni erroris · ⁊ io ſubdit · ſinite vtraq; cre
ſcere vſq; ad meſſē · i · vſq; ad iudiciū ¶ Iero · vidē
aūt h̄ eē ꝯ̄riū illi p̄cepto Auferte malū d̄ medio vr̄m
Si · n · ꝓhibet̄ eradicatio ⁊ vſq; ad meſſē tenēda ē
patia · quō ejiciēdi ſūt q̄dā de medio vr̄m · Sed inter
triticū ⁊ zizaia q̄d nos appellā⁹ loliū · q̄diu herba ē
⁊ necdū calā⁹ venit ad ſpicā · grādis ſimilitudo ē i di
ſcernēdo aut nl̄la aut p̄ difficil̄ ſubā · Premonet g̃
dn̄s · ne vbi q̄d ambiguū ē · cito ſniaꝫ ꝓferam⁹ · ſ; ter
minū reſuet̄⁹ vt cū dies iudicij venerit ille n̄ ſuſpi
tionē criminis ſ; maifeſtū reatū d̄ ſanctorꝫ cetu eijciat
¶ Aug · ꝯ ep̄i · Parmeniani · cū · n · q̄ſq; xp̄iaorꝫ in ſ
eccl̄ia ꝯſtitutorꝫ i aliq̄ tali pcc̄o fuerit deprehēſus v
anathemate dign⁹ habeat̄ · fiat h̄ vbi piculū ſciſmatis
n̄ timet̄ · cū dilectiōe nō ad eradicādū · ſ; ad corrig̃
q̄d ſi ſe n̄ agnouerit · neq; penitē⁹ correxerit · ſpōte
ris exiet · ⁊ p̄ ꝓpriā voluntatē ab eccl̄ie ꝯione dirimet̄
vn̄ dn̄s cū dixiſſꝫ Sinite vtraq; creſcē vſq; ad meſ
ſem · ſubiūxit cāꝫ dicēs Ne forte cū vultis colligē zi
zāia eradicetis ſil̄ ⁊ triticū · ubi ſatis oſtēdit q̄ vbi
iſte n̄ ſubeſt ſ; oīno de frugiorꝫ ſtabilitate certa ſecuri
tas manet · i · qn̄ ita cuiuſq; crimē notū ē ⁊ oīb; exe
crabile apparet ut vl̄ nl̄los p̄rſ⁹ vl̄ n̄ tales hēat defen
ſores per quos poſſit ſciſma contingere · nō dormiat
ſeueritas diſcipline In q̄ tanto ē efficatior emēdatio
p̄uitatis · quāto diligētior fuerit obſuatō caritatis

Cũ vero ĩſdẽ moribus ꝑhimos occupauerĩt · nihil
aliud bonꝭ reſtat quã dolor ⁊ gemitus Si igĩt miſe
ricorditer corripiat homo · qḋ poteſt Quod autem
non poteſt patienter ferat · ⁊ ex dilectõe gemat atq̃
lugeat · donec ille dſup emẽdet · ⁊ corrigat atq̃ uſq̃
ad meſſem differat eradicare zizania ⁊ paleam ven
tilare Turba autem iniquoꝝ cum facultas ẽ in po
pulis ꝓmouendi ſermonẽ generali obiurgatione fe
rienda eſt · ⁊ maxime ſi occaſionem atq̃ oportunita
tem prebuerit aliqḋ dñi deſup flagellũ quo eos appa
reat pro ſuis meritis vapulare · tunc enĩ aures hu
miles prebet emendari ſermone calamitas auditoꝝ
⁊ facilius in gemitu confitendi q̃ȝ in murmura reſi
ſtẽdi afflicta corda compellit quãq̃ȝ ⁊ ſi nulla calami
tas tribulationis premat · cum facultas detur · vtilit
corripitur in multitudine multitudo · Nã ſicut ſepa
rata ſeuire · ſic in ipſa congregatione obiurgata ge
mere conſueuit · Chryſ. Hoc autem dixit dominꝰ
prohibens occiſiones fieri · Neq̃ enĩ oportet interfi
cere hereticum · quia prelium inexpiabile in orbem
terrarum induceretur Et ideo dixit ne eradicetis ſi
mul cum eis frumentum · id eſt ſi moueritis arma ⁊
occideritis hereticos neceſſe eſt multos ſanctoꝝ ſimt
ſubmitti Non ergo detinere hereticos ⁊ abſcidere
liberam eoꝝ ꝓlationẽ ⁊ ſynodos ⁊ ſtudia diſſolue
ꝓhib; ſ; iĩficẽ ⁊ ocadẽ Aug. ad vin. Hec aũt ꝓmi
tus mea ſententia erat · neminẽ ad vnitatem xp̄i eſſe
cogendum · verbo enĩ agendum diſputatiõe pugnã
dum · ratione vincendum · ne fictos catholicos habe
remus · quos apꝛtos hereticos noueramus · Sed hec
opinio mea non contradicentium verbis ſed demõ
ſtrantium ſupabat exemplis · hay enĩ legum terror
quibus promulgandis reges ſeruiũt dño in timore
ita profuit · vt nunc alij dicant · Iam hoc volebamꝰ
ſ; deo grãs qui nobis occaſionẽ prebuit ⁊ dilatõnũ
morulas amputauit · Alij dicũt hoc eſſe verum · iaȝ
ſciebamus · Sed neſcio q̃ conſuetudine tenebamur
gratias deo qui vincula noſtra dirupit Alij dicant
Neſciebamus hoc eſſe veritatem · nec eam diſcere
volebamus · ſed ad eam cognoſcendam metus fecit
intentos · gratias domino qui negligentiam noſtraȝ
ſtimulo terroris excuſſit · Alij dicant Nos falſis ru
moribus terrebamur intrare · quos falſos eſſe neſci
remus niſi intraremus · nec intraremus niſi cogere
mur · grãs deo qui ꝑdicationẽ noſtram flagello ab
ſtulit · expꝛtos docuit q̃ȝ vana ⁊ inania ḋ eccleſia ſua
mendax fama iactauerit · Alij dicant Putabamus q̃
dẽ nihil intereſſe ubi fidem xp̄i teneremus · ſed grãs
dño qui nos a diuiſiõe collegit ⁊ hoc vni deo congruẽ
vt in vnitate colat · oſtendit · Seruiũt gꝰ reges terre
xp̄o leges edendo pro xp̄o Aug. ad bonifatium co
mitem Quis aũt vr̃m velit nonſolum aliquẽ here
ticorum perire · verumetiam aliquid perdere · ſed aliter
non meruit habere pacẽ domus Dauid niſi Abſolon
filius eius in bello qḋ contra patrem gerebat · fuiſſ;
extinctus · quãuis magna cura mandauerit ſuis · vt
eum quãtum poſſent · viuũ ſaluũq̃ ſeruarent · ⁊ eẽt
cui penitenti paternus affectus ignoſcẽt · Quid aũt
ei reſtitit · niſi ꝑditum flere · ⁊ ſui regni pace acq̃ſita
ſuam meſticiã conſolari? Sic ergo catholica mater
eccleſia ſi aliquoꝝ ꝑditionẽ tam multos ceteros col
ligit · dolorem materni cordis lenit · ⁊ ſanat cunctoꝝ
liberatione populoꝝ · Ubi eſt aũt qḋ iſti clamare cõ
ſueuerũt liberũ ẽ credere vl̃ ñ credẽ cui vi xp̄s intulit
quã coegit · ecce hñt apl̃m Paulum agnoſcant i eo
prius cogentem xp̄m · ⁊ poſtea docentem · prius fe
rientem · ⁊ poſtea cõſolantem Mirum autem ẽ quõ
ille qui pena corporis ad euãgeliũ coactus intrauit
plus illis omnibꝫ qui ſolo verbo vocati ſunt in euã
gelio laborauit cur ergo non cogeret eccleſia perdi
tos filios vt redirẽt · ſi perditi filij coegerũt alios fili
os perirent ut ſeqꝫ? Et in tpe meſſis dicã meſſoribꝫ
colligite primũ zizania · ⁊ alligate ea i faſciculos ⁊
comburẽdũ Rem. Meſſis autem appellaẽ tempꝰ
metendi · Per meſſem vero deſignaẽ dies iudicij · in
quo ſeparandi ſunt boni a malis · Chryſ. ſed ꝓpter
quid dicit colligite ꝑmũ zizania · vt non timeãt bõi
quaſi ſimul cum zizaniis tollatur frumẽtum · Re
migiꝰ. Quod autem dicit zizanioꝝ faſciculos igni
tradi ⁊ triticum congregari in horrea · manifeſtum
eſt hereticos quoſq̃ ⁊ ypocritas gehenne ignibꝫ cõ
cremandos · Sanctos vero qui appellanẽ triticũ hor
reis id eſt celeſtibus manſionibꝫ recipi Aug. de q̃ſ.
euã. Querit autem pt̃ nõ · cur vnũ faſcem aut vnũ
aceruũ zizanioꝝ fieri dixerit · niſi forte ꝓpt̃ uarietatẽ
heticoꝝ nonſolũ a tritico ſecretã a ſeipſis · diſcrepã
tium Ipſa vniuſcuiuſq̃ hereſeos · i quibus ſigillati
ſua cõmunione diſiuncti ſunt · noĩe faſciculorum deſi
gnauit vt etiam tunc incipiant alligari ad comburẽ
dum cum a catholica cõmunione ſegregati ſuas pro
prias quaſi eccleſias habere ceperint · vt combuſtio
earum ſit in fine ſeculi non alligatio faſciculorum · ſ;
ſi ita eſſet · non tam multi reſipiſcendo ⁊ i catholicã
remeando ab errore diſcederent Quapropter ⁊ al
ligatio faſciculorum in fine pro futura eſt · vt non cõ
fuſe · ſed ꝓ modo ꝑuerſitatis ſue · vniuſcuiuſq̃ erroris
ꝑtinacia puniaẽ · Rabanus. Et notandum q̃ vbi
dicit · Seminauit bonum ſemen · notat bonam volun
tatem que in electis ẽ Ubi vero dicit · venit inimicꝰ
cautelã hñdã vl̃ hũanã inſinuare voluit qñ aũt creſcen
tibus zizaniis quaſi patienter ferẽs ait Inimicus hõ
hoc fecit · patientiam nobis cõmendauit · vbi vero ait
Ne forte colligentes zizania · donauit nobis diſcreti
onis exẽplũ Qñ autem ſubiungit · ſinite vtraq̃
creſcere vſq̃ ad meſſem cõmẽdauit longanimitatẽ
ad vlaꝰ iuſticiã cũ dicit Alligate ea in faſciculos ⁊c.

V. Aliam parabolam
ꝓpoſuit eis dicens. Si
mile eſt regnum celo
rum grano ſynapis
quod accipiens homo
ſeminauit in agro ſuo
q̃ minimum quidem ẽ
omnibus ſeminibus.
Cũ aũt creuerit maiꝰ
eſt omnibus oleribus

Chryſoſtimus Quia
dominus dixerat q̃ de
ſemine tres ptes peũt
⁊ ſaluaẽ vna ⁊ in ipſa
rurſus que ſaluatur ·
multa efficitur iactura
ꝓpter zizania que ſup
ſeminãtur · ne dicerẽt ·
qui ergo erũt ⁊ quãti
fideles? conſequentẽ hũc
timorem aufert ꝑ pa
rabolam ſinapis · Et
ideo dicitur Aliam pa
rabolã propoſuit eis

¶ Hec om̄ia locut⁹ ē ihe[s]⁹ in pabolis ad t̄bas ⁊ ſine pabolis nō loq̄batur eis vt implere⁊ quod dictū ē p ꝓphetā dicētem aperiā in parabolis os meuȝ eructuabo abſcondita a conſtitucio[n]ē mundi.

¶ Criſ. Poſt premiſſas parabolas ne aliq̄s opinaretur ꝙ xp̄s noua induceret inducit euāgeliſta ꝓphetam etiam huc predicentē doctrīe modum. Et ideo dicit Hec omnia locutus ē ihs in pabolis ad turbas. Marcus autē ait. quoniam ſicut poterāt audire. loquebatur eis ſermonem in pabolis. Unde nō mireris ſi de regno diſputans grani ⁊ fermenti meminit. hōibus em̄ loquebat̄ ideotis ⁊ indigentibus ab hijs inducat. ¶ Remigius. Parabola grece latine dicit̄ ſimilitudo. p quā veritas demonſtratur. Oſtendit quippe in ipſa ſimilitudine quaſdam figuras verborum ⁊ ymagines veritatis. ¶ Iero. Nō autem diſcipulis ſed turbis pabolis loq̄bat̄. ⁊ vſq hodie turbe in pabolis audiunt. ⁊ ideo dicit̄ Et ſine pabolis non loquebat̄ eis ¶ Criſ. Quāuis em̄ multa ſine pabol' t̄bis dixerit ſ; tā tūc nihil ꝓprie locut⁹ eſt ¶ Aug. de que. euā. Uel hoc dicit̄. non quia nihil ꝓprie locutus eſt. ſed quia nullum fere ſermonē explicauit. vbi non per pabolā aliquid ſignificauit. q̄uis in eo aliqua ⁊ ꝓprie dixerit. ita vt ſepe inueniatur totus ſermo ei⁹ pabolis explicatus. Totus at̄ ꝓprie dictus nullus inueniat̄. Explicatos autem ſermones dico quādo ex aliqua occaſione rerum incipit loqui quouſq terminet quicq̄d ad ipſam rem ptinet. ⁊ trāſeat ad aliud. Nōnunq; ſane ali⁹ euāgeliſta contexit qd̄ alius diuerſis tempib⁹ dictum indicat. Non em̄ omni modo ſecundū rer̄ geſtar̄ ordinem ſ; ſecundū ſue quiſq recordationis facultatem narratione quā exorſus eſt. ordinauit. Quare aūt in pabolis loqueretur māifeſtat euāgeliſta cum ſubdit Ut adimpleretur qd̄ dictum ē p ꝓphetam dicentem Aperiam in pabolis os meum. eructuabo abſcondita a conſtitucione mūdi ¶ Iero. Hoc teſtimoniū de. lxxvij. pſal. ſumptum ē. Legi in nonnullis codicibus eo loco vbi nos poſuimus ⁊ vulgata editio habet. vt adimpleretur qd̄ dictum ē p ꝓphetam dicentem. ibi ſcriptū eſt p Eſaiam ꝓphetam dicentem ¶ Remig. Und̄ porphirius obiecit fidelibus euāgeliſta veſter tante inſipientie fuit. vt qd̄ reperitur i pſalmis. ipſe deputauerit Eſaie ¶ Iero. Quia ergo minime inueniebatur i eſaia arbitror poſtea a prudentib⁹ viris eſſe ſublatum. Sed mihi videt̄ in principio ita editum. quod ſcriptum ē p Aſaph ꝓphetam dicentem Septuageſimus em̄ ſeptimus pſalmus de quo ſumptum ē hoc teſtimoniū Aſaph ꝓphete inſcribit̄. ⁊ primū ſcriptorem. non intellexiſſe Aſaph. ⁊ putaſſe ſcriptoris vicium atq emendaſſe nomē eſaie. cuius vocabulum manifeſtius erat. Sciendū ē itaq ꝙ nō ſolū Dauid ſed etiam ceteri quor̄ in pſalmis ⁊ hymnis ⁊ cāticis dei p̄ſcripta ſꝫ noīa ꝓphete ſꝫ appellādi Aſaph videlicet ⁊ Idithū ⁊ emā eſraites ⁊ reliq̄ quos ſcriptura cōmemorat Quodq ex pſona domī dicit̄ Aperiā i parabolis os meum Conſiderandum attentius ⁊ inueniendum deſcribi egreſſum Iſraelis ex egipto. ⁊ omnia ſigna narrari que ibi i Exodi ꝯtinent̄ hyſtoria. Ex quo intelligimus vniuerſa illa que ſcripta ſunt. pabolice ſentienda ⁊ manifeſtare abſcōdita ſacramēta. Hoc em̄ ſaluator editur̄ ſe eſſe promittit dicens. Aperiam in pabolis os meū ¶ Glo. Quaſi diceret Qui prius locutus ſum per ꝓphas. modo in ꝓpria pſona aperiam os meū in parabolis. ⁊ eructuabo de theſauro meo ſecreto emicetā miſteria que abſcondita erāt a conſtitutione mundi.

¶ Tunc dimiſſis t̄bis venit in domū. et acceſſerunt ad eū diſcipuli eius dicētes. Ediſſere nobis pabolam zizaniorum agri. qui reſpondens ait qui ſemiat bonum ſemē eſt filius hominis. ager eſt mūd⁹ bonū uero ſemē hȳ ſūt filȳ r̄gni. zizania aūt ſilȳ ſūt nequā. inimicus autē qui ſeminauit ea ē dyabolus. meſſis vo conſūmacio ſeculi eſt. Meſſores autē angeli ſūt. Sicut ergo zizania colliguntur ⁊ igni cōburuntur. Sic erit in conſummacione ſeculi Mittet filius hominis angelos ſuos ⁊ colligent de regno eius omnia ſcandala ⁊ eos qui faciunt iniquitatē ⁊ mittent eos in caminuȝ ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dencium Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eor̄. Qui habet aures audiēdi audiat

¶ Criſ. Locutus fuerat domin⁹ turbis i parabolis vt eos ad interrogandum induceret. ⁊ quāuis multa in parabolis dixiſſet. null⁹ tamen eum interrogauit. ⁊ ideo eos dimiſit Unde ſequit̄ Tunc dimiſſis turbis venit in domū. Nullus autem eum ſcribarum ſequit̄ Unde manifeſtum ē ꝙ ꝓpter nihil aliud prius ſequebant̄. q̄; vt eum caperent in ſermone. ¶ Iero. Dimittit at̄ t̄bas ⁊ ihs domū reuertitur. vt accendant ad eum diſcipli. ⁊ ſecreto interrogent. que populus nec merebatur audire. nec poterat. ¶ Rabanus Myſtice autem dimiſſa turba tumultuātium iudeorū ingredit̄ in eccleſiā gētiū ⁊ ibi fidelibus exponit ſacramenta celeſtia vnd̄ ſequitur. Et acceſſerūt ad eum diſcipli eius dicentes Ediſſē nobis pabolam zizaniorum agri. ¶ Criſ. Cū aliquādo volētes diſcē formidauerint interrogare nunc libere interrogant ⁊ ꝯfeſſi ſunt quoniam audierāt. vobis datum ē noſſe miſteriū r̄gni dei. Ideoq ſingularit̄ i terrogāt. ñ multitudinē emulātes. q̄b⁹ ñ erat datū Dimittūt at̄ pabolā fermēti ⁊ ſinapis vt māifeſtiores Interrogāt at̄ de parabola zizanior̄. quia habet cōuenientiam ad premiſſam parabolam de ſemine. ⁊ aliquid ampli⁹ oſtēdit. Domin⁹ autem que eſſet pabola exponit. vnde ſeq̄t̄ Qui reſpōdens ait eis. Qui ſeminat bonū ſemē eſt filius homīs. ¶ Remigius. Ideo autem domin⁹ ſe filium homīs appellauit vt hoc indicio nobis exemplum humilitatis relinqueret. ſiue quia futurum

urat vt bereticū negaret dū vep̄ hoīem ee. ſiue vt
p hūanitatē ſrēn poſſim⁹ conſcendē ad diuinitatis
cognitionē. Sequit̄. ager at̄ ē mundus. ¶ Glo. Cū
at̄ ipſe ſit q̄ ſeiat agꝝ ſuū. māifeſtum ē q̄ pn̄s mūd⁹
ē ei⁹. Seq̄t̄ bonum vo ſemē hij ſūt filij regni ¶ Re.
id ē ſancti ⁊ electi uiri q̄ mē filios regni ꝯputanē.
¶ Aug. ꝯ fau. zizania at̄ expoſit dn̄s nō aliqua falſa
veris ſcriptis īmiſſa. ſicē manichē⁹ inē p̄tat. ſꝫ hoīes
filios maligni. i. imitatores diabolice falſitatis vn̄ ſeq̄
tur. zizania at̄ ſunt filij neq̄ꝫ p q̄s oēs ipios ⁊ malig
nos vult itelligi ¶ Aug. de q. euā. Ois at̄ immundicia
in ſegete zizania dicunē. Seq̄t̄ Inimicus at̄ qui ſeia
uit ea ē diabolus ¶ Criſ. Etēm hoc diabolice ē ma-
chinationis vitati ſemp inſerere errorē. Seq̄t̄. meſſ h̄
vo ꝯſūmatio ſeculi ē. Alio at̄ loco ait de ſamaritanis
loquēs. Leuate oculos vr̄os ⁊ ꝯſiderare regiones
q̄m iam albe ſūt ad meſſem. ⁊ rurſus Meſſis quidē
multa. opariꝫ aūt pauci. In q̄b vbis meſſem dicit
iam adeſſe. Qualiē ergo hic eam dicit eſſe futuram.
Sed ſciēdū q̄ in alia ſignificatōe meſſem dicit. Vn̄
⁊ ibi dicit. q̄ alius eſt qui ſeminat ⁊ alius eſt qui me
tit. hic aūt eundē dicit eſſe qui ſeminat. ⁊ qui metit
q̄m ibi non ad ſui differēciam. ſed apoſtoloꝝ. ꝓphe
tas induxit. Veni ipē xp̄s p ꝓphas ſeiauit in iudeis
⁊ ſamaritānis. Ideo g⁹ noiat ſemē ⁊ meſſē ſm aliud
⁊ aliud. Cū eīm de obediēcia loq̄t̄ ⁊ ꝑſuaſione ad fi-
dem hoc vocat meſſem. ſic in q̄ totū ꝑficit̄. Sed cū m
q̄rit de fructu auditionis verbi dei tūc ꝯſūmationem
dicit meſſem ſicut hic ¶ Remi. Per meſſē eīm deſig
naē dies iudicij i q̄ ſeg̃ndi ſūt boni a malis qd̄ fiet
miſterio angeloꝝ. Vn̄ infra dicit̄ q̄ veniet fili⁹ hoīs
cum angelis ſuis iudicare. Propter qd̄ ſequiē meſſo
res at̄ angeli ſūt. Seq̄t̄. Sicut ergo zizania colligūē
⁊ igni cōburunē. ſic erit in ꝯſūmatōe ſeculi. mittet
filius hoīs angelos ſuos ⁊ colliget de regno ei⁹ oīa
ſcandala ⁊ eos qui faciūt iniquitatem ¶ Aug⁹. xx.
de ciui. dei. Aliqd̄ de regno illo ubi ſūt nulla ſcanda
la. de regno ergo iſto eius qd̄ ē hic. i. eccl̄ia colligē
